

PROPRIUM FESTORUM
DICECESIS SPIRENSIS

JUSSU ET AUCTORITATE

REVERENDISSIMI ET ILLUSTRISSIMI DOMINI


LUDOVICI

EPISCOPI SPIRENSIS

EDITUM

AD NORMAM KALENDARI REFORMATI ET
APPROBATI A S. R. C. DIE 23 MARTII 1914
ET SUBSEQUENTIUM DECRETORUM

PARS Verna



1927

RATISBONÆ

SUMPTIBUS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET
S. SEDIS APOST. ET S. RIT. CONGR. TYPOGR.

20092530

KALENDARIUM

Approbatio

Concordat cum Originalibus.

Spiræ, die 23 Septembris 1927

✠ Ludovicus
Episcopus Spirensis.



Imprimatur.

Ratisbonæ, die 29 Septembris 1927

Dr. Scheglmann Vic. Gen.

20092530

Kalendarium perpetuum in usum diœceseos Spiren., a Sacra Rituum Congregatione revisum et approbatum die 23 Martii 1914 et die 24 Aprilis 1925 auctum, continet KALENDARIUM ECCLESIAE UNIVERSALIS CUM HISCE TANTUM ADDITAMENTIS ET MUTATIONIBUS:

MARTIUS

- 15 S. CLEMENTIS MARIAE HOFBAUER CONF., duplex majus.
31 Com. B. Guidonis Abbatis.

APRILIS

- 27 S. PETRI CANISII CONF. ET ECCL. DOCT., duplex II classis.

MAJUS

- Sabbato I B. MARIAE VIRG. PATRONÆ BAVARIAE,
duplex I classis cum Octava communi.
Sabbato II OCTAVA B. MARIAE VIRG. PATRONÆ
BAVARIAE, duplex majus.
16 S. JOANNIS NEPOMUCENI MART., duplex majus.
Com. S. Ubaldi Ep. et Conf. (semiduplex).

JUNIUS

- 5 S. BONIFATII EP. ET MART., duplex II classis.
16 S. BENNONIS EP. ET CONF., duplex majus.

PROPRIUM FESTORUM
DIOCESES SPIRENSIS

PARS Verna

Die 15 Martii
S. Clementis Mariæ Hof-

bauer Confessoris

Duplex majus

Oratio

Deus, qui beātum Clemēntem Mariām miro fidei rōbore et invictae constātiæ virtūte decorāsti: ejus méritis et exēmplis fac nos, quāsumus, ita fortes in fide et caritatē fervēntes; ut prēmia consequāmur æterna. Per Dōminum nostrum.

Et fit Commemoratio Feriæ.
In I Nocturno Lectiones Beātus vir, de Communi Conf. non Pont. 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Clemens María Hōfbauer Tassovítii in Morávia natus, a prima ætate in schola

christiānæ perfectiōnis eruditus est; magistra potissimum religiosissima matre, quā puerulum post patris óbitum ostēnsa Christi Dōmini e cruce pendēntis imágine sic allocuta fertur: En fili, qui hinc in pōsterum tibi futūrus est pater, cura, ut per eam, quā ipsi placet, viam incēdas. Adulēscens pistóriam artem dīdicit; sed ad majōra se vocāri præsentiens cœpit inter laboriōsae artis exercitium ad stūdium incūmbere litterarum. Bis Romam pedes ad límina Apostolōrum peregrinātus est, bis étiam rerum cælestium contemplatiōni libérius vacatūrus in erēnum secessit. Verum Deo illum ad altiōra vocānte intermissa litterarum stūdia in Vindobonēsi Universitātē repētiit, navitérque

prosecutus est; donec ex puriore fonte sacras disciplinas hausturus, Romanum tertium remigravit. Ibi in sancti Alfonsi familiam singulari Dei providentia cooptatus est, quam ipsius opera in dissitas regiones propagatum iri sanctus idem Parvus divino instinctu praesensit ac palam prænuntiavit.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum:
* Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Absoluto cum magno spiritu fervore tirocinio ac presbyter factus in septentrionales Europæ provincias a Sede Apostolica missus est. Erecto Varsaviæ in Polonia primo suæ Congregationis domicilio, et pluribus sibi adjunctis sociis, incredibile est, quam copioso ibi fructu sacerdotalia munera ultra vicennium explaverit; nihil laboris recusans, sive

ut catholicos ad bonos mores et pietatis cultum revocaret, sive ut haereticos et Judeos ad veram fidem adduceret. Multa etiam ad religiosam juvenitatis institutionem praestit. Orphanorum sortem miseratus erexit hospitium, ubi miserrimos quosque paterna caritate alebat; visus subinde stipem eorum causa emendicare, immo nec faciem ab incrementibus et in se conspuentibus averte. Inter has autem curas semper coram Deo ambulans, Deiparæ Virgini, cuius Rosarium assidue recitabat, singuláriter devotus, rectus, simplex, humilis, cunctis affabilis et benignus, omnibus velut sanctitatis exemplar júgiter praeluxit.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loricam fidei, et ornavit eum. **Et.**

Lectio vi

Deo soli confitus, plures instituti sui domus variis in regionibus er-

xit. Ipse vero multas, ob temporum iniquitatem, acerbitates perpassus, et e Polonia tandem cum suis expulsus, secéssit Vindobonam, ubi duodecim postrémis vitae annis, ad Dei gloriam strénue operari perseveravit. Praeter sedulam enim sanctimonialium virginum curam totus in eo fuit, ut prædicatiōne verbi Dei, sacramenti Pœnitentiæ administratiōne, quam plūrimas a salute dévias animas Christo lucifaceret. Quem caritatis ignem, tum sacerdotibus, tum maxime selectæ juvenum cohorti, quorum complures suum Congregatiōni nomen derunt, infundere adlaboravit. Illud autem indefessa sua opera consecutus est, ut languescentem populi fidem catholicumque spiritum non parum illa aetate imminutum corroboraret; dignus propterea, quem Pius septimus virum apostolicum, Vindobonensis cleri decus, Ecclesiæque columen appellaret. Meritis tandem plenus et prodigiorum aliorumque cælesti-

um charismatum munere illustris, prope septuagenarius obdormivit in Domino, Idibus Martii, anno millésimo octingentesimo vigésimo. Eum Leo decimus tertius, miraculis clarum, Beatorum catalogo, Pius vero decimus novis fulgenter signis Sanctorum fastis accensuit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Nolite timere, de Communi Conf. non Pont. 2 loco.

IX Lectio de Homilia Feriae et fit ejus Commemoratio in Laudibus et II Vesperis.

Die 31 Martii

Commemoratio

B. Guidonis Abbatis

In Vesp. Ant. Similabo eum viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram. (T. P. Alleluja.)

V. Amávit eum Dóminus,
et ornávit eum. (**T. P.** Allelúja.) **R.** Stolam glóriæ
índuit eum. (**T. P.** Allelúja.)

Oratio

I ntercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Guidónis Abbátis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitua, intra in gáudium Dómini tui. (**T. P.** Allelúja.)

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (**T. P.** Allelúja.) **R.** Et osténdit illi regnum Dei. (**T. P.** Allelúja.)

Die 27 Aprilis

S. Petri Canisii
Confessoris et Ecclesiæ Doctoris

Duplex II classis

Ut in Breviario eadem die, præter sequentia:

In I Vesperis omittitur Com memoratio præcedentis.

In I Nocturno Lectiones Sa piéntiam, de Communi Doc torum.

In II Vesperis Commemo ratio sequentis tantum.

Sabbato I Maji

In Sollemnitate
B. Mariæ Virginis
Patronæ Bavariæ

Duplex I classis cum Octava communi

Omnia de Communi Festorum B. M. V. præter ea, quæ hic habentur propria.

In I Vesperis

Antiphona 1

Stellam maris * at tendámus, qui transire decertá mus Babylónis flúmina, allelúja.

2 Hæc ut nostram * in defésse cymbam regat, est necéssse, per fluctus et fúlmina, allelúja.

3 Ad Maríam * dirigám us cursum, ad hanc eri gámus mentes, manus, lúmina, allelúja.

4 Hæc de lacu * Babylónis ad tranquillæ visiōnis nos edúcat culmina, allelúja.

5 Hinc celéuma * præ cinámus, quo Patrónam salutámus: Ave, magna Dómina! allelúja.

Capit. Eccli. 24, 14

Ab initio et ante sǽcula créata sum, et usque ad futúrum sǽculum non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Prima stropha sequentis Hymni dicitur flexis genibus.

Hymnus

Ave, maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos, culpis solútos,
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut, vidéntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,

Spirítui Sancto,
Tribus honor unus.
A men.

In I Vesperis

V. Ora pro nobis, magna Patróna Baváriæ, allelúja. **R.** Ut digni efficiámur promissióibus Christi, allelúja.

Ad Magnif. Ant. Descénde cælo, * filia Príncipis, pulchrósque gressus fígere Bóicis dignáre terris, qua vocáris, ínclita magna Patróna regni, allelúja.

In II Vesperis

V. Rem, regem, régimen, régionem, religiónem, allelúja. **R.** Consérva Bávaris, Virgo Patróna, tuis, allelúja.

Ad Magnif. Ant. Occúrre votis * et Bávaros reges adfla benigni Númíni hálitu, tu, robur afflictæque scutum et dulce decus Patriæque Mater, María, allelúja.

Oratio

Deus, qui dilécti Filii tui Genetrícem nobis Matrem ac regni Patrónam dare dignátus es: concéde propítius; ut sub hujus Matris tutéla ab omni

hóstium defendámur in-
cúrsu, et sine timóre in
sanctitáte et justítia tibi
serviámus. Per eúndem
Dóminum.

Ad Matutinum

Invitat. Christum Regem
adorémus * Et Mariam
collaudémus, piám nos-
tram Dóminam, alleluja.

Ps. 94 Veníte, exsulté-
mus.

Hymnus

Supérni Sponsa Prínci-
pis,
Propitiátrix hóminis,
María, Virgo régia,
Plena laudáris grátia.

Compésce carnis fómitem
Hostísque sævi rábiem;
Terréna da despícere,
Supérna concupiscere.

Baváriæ præsidium!
Da robur, fer auxílium;
De cælis rora grátiam
In tuam hanc famíliam.

Constringe nos suávibus
Tuis, Mater, ampléxibus;
Nos redde gratos Filio
Sanctóque reple gáudio.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spí-
ritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

In I Nocturno

Ant. Terram nostram cæ-
litus * ros inebriávit, flo-
rem cum divínitus Chris-
tum germinávit, alleluja.

V. Elégit eam Deus, et
præelégit eam, alleluja. **R.**
In tabernáculo suo habi-
táre facit eam, alleluja.

De Parábolis Salomónis

Lectio i Prov. 2, 10-15

Si intráverit sapién-
tia cor tuum, et
sciéntia ánimæ
tuæ placuerit: consilium
custódiet te, et prudéntia
servábit te, ut eruáris a
via mala, et ab hómine,
qui pervársa lóquitur, qui
relínquunt iter rectum, et
ámbulant per vias tene-
brósas: qui lætántur cum
malefécerint, et exsúltant
in rebus péssimis: quo-
rum viæ pervársæ sunt, et
infámes gressus eórum.

R. Sicut ros in grámi-
ne, descéndit in Vírgine *
Verbum summi Patris,
allelúja. **V.** Patrem non
deseruit et mortálem in-
duit formam alvo Matris.
Verbum.

Lectio ii Prov. 3, 21-26

Fili mi, ne éffluant hæc,
ab oculis tuis. Custó-

di legem atque consilium:
et erit vita ánimæ tuæ, et
grátia fáucibus tuis. Tunc
ambulábis fiduciáliter in
via tua, et pes tuus non
impínget; si dormieris,
non timébis; quiésces et
suávis erit somnus tuus.
Ne páveas repentina ter-
rōre, et irruéntes tibi po-
téntias impiórum. Dómi-
nus enim erit in látere tuo,
et custódiet pedem tuum,
ne capiáris.

R. Arens virga jam flo-
réscit, Virgo parit et ni-
téscit: * Stupénda natívi-
tas, alleluja! **V.** Novus
Infans, novus Frater, nova
Virgo, nova Mater: admi-
ránda novità! **Stupénda.**

Lectio iii Prov. 8, 12-17

Ego sapiéntia hábito in
consilio, et erudítis in-
tésum cogitationibus. Ti-
mor Dómini odit malum:
arrogántiam, et supérbi-
am, et viam pravam, et os
bilingue detéstor. Meum
est consilium et áequitas,
mea est prudéntia, mea
est fortitudo. Per me re-
ges regnant, et legum con-
ditóres justa decérnunt.
Per me príncipes impe-
rant et poténtes decérnunt
justitiam. Ego diligéntes

me dílico: et qui mane
vigilant ad me, invénient
me.

R. Salve, decus firma-
ménti, tu caliginósæ menti

* Désuper irrádia, allelu-
ja. **V.** Placa mare, maris
stella, ne invólvet nos pro-
célla, nec tempéstas óvia.
Désuper. Glória Patri. Dé-
super.

In II Nocturno

Ant. Virga florem, * stel-
la solem, coætérnam Patri
Prolem Virgo Mater gé-
nuit, alleluja.

V. Venérunt mihi ómnia
bona páriter cum illa, al-
leluja. **R.** Et innumerábi-
lis honéstas per manus il-
lius, alleluja.

Lectio iv

Maximiliánus, dux
Baváriæ et prin-
ceps élector pri-
mus, cum anno millésimo
sexcentésimo vigésimo e
prælio ad Montem Album
commisso, milítibus sanc-
tam Mariam invocántibus,
victor cum suis Monáchi-
um rediísset, statim in ec-
clésiam Cathédralem se-
céssit. Ubi, jánuis clau-
sis, segregátus ab ómni-
bus, coram státua illa ce-

leberrima Mariána, quam paulo post inde in forum principale supra altam columnam transferri jussit, multas de victoria reportata gratias egit atque ad singulare Matris cœlestis praesidium universo regno suo implorandum enixe eam rogavit, ut Patrona Bavariae et esse et appellari dignaretur. Cujus pio voti aliud signum est altera illa statua ejusdem Patronae Bavariae, qua idem dux frontem principalem residentiae regiae insigniri voluit.

R. O María, stella maris, pietate singulärer, * Pietatis oculo, alleluja. **V.** Nos digneris intuéri; ne cuncteris misereri naufraganti sæculo. Pietatis.

Lectio v

Mariæ patrocínio Bavaria jam dudum adicta videtur. Antiquissimæ enim ecclésiæ a sæculo octavo et nono imprimis Matri Dei dedicabantur, ut Laurissána, Spirénensis, Frisingensis, prima ecclésia Augustána, Vetus Capella Ratisbonensis aliisque. Speciali mentione dignum est illud

sacellum, quod Carolinorum ætate in Vétere prædio Hodingano, Alteetting nunc vocato, juxta Régiam constructum et postea splendidissime exornatum est. Ibide a medio sæculo séptimo decimo corda prícipum Wittelsbacensium recóndita asservantur. Innúmeri vero fidèles, cum ad alia Mariána Bavariae sanctuaria, ut ad Ettalense illud præclarum, quod a Ludovico Bávaro imperatore statua marmorea ex Itália adducta insignitum est, ad Bambergense, Herbipolense, Birkensteinense, Wemdinganum aliisque, tum imprimis ad Hodinganum continuo fere peregrinantur. Venerantur quoque singularem thesaurum in ecclésia Hospiti ducalis Monacensis. Illic ante statuam Matris dolorosæ Maximilianus, princeps elector tertius, saltem quovis die Sábbato Missæ sacrificio assistere solébat et moribundus statuam ipsam ad se deferri jussit.

R. Virgo, virga salutaris, singulärer portus ma-

ris, * Porta vitæ, prævia, alleluja. **V.** Nos immersos in profundo duc in portum, et a mundo tua mundet grátia. Porta.

Lectio vi

Mariánus iste cultus apud pósteros inváluit. Testes sunt permultæ Congregationes Mariæles, quibus complures etiam e régia familia nomen dedérunt ac dare solent. Huc pertinet mos avitus exornandi frontes domorum statua vel saltem imágine Matris Dei. Exstat autem Ordo equitum sancti Geórgii, qui juxta statuta cum fidem cathólicam tum speciatim doctrinam de immaculata Vírginis Mariæ Conceptione, etiam ante definitiōnem dógmati, constanter propagavit. His multis et æquálium et majórum exemplis Bavariae populus ad ita agendum addúcitur, ut omnibus opéribus suis præsint „Deus et María“. Gratiissimo autem ánimo Ludovico tertio, regi suo, plausit idem populus, cum ille apud ædes Mariánae Hodingæ publice testatus est, quantopere sibi cor-

di sit, ut Mater María a se suísque honore et cultu celebretur. Benedictus Papa decimus quintus votis præfati Ludovici regis tertii ejusque uxoris Mariæ Therésiae benigne annuens concéssit, ut ex inhumani belli tempóribus speciale festum Patronæ Bavariae a regni istius incolis quotannis recoleretur.

R. Tolle malum, tende velum, tu, Patrona, duc phasélum * Ad cæli palatia, alleluja. **V.** Tu sis nobis mediatrix, dux et cymbæ gubernatrix maris per naufrágia. **Ad.** Glória Patri **Ad.**

In III Nocturno

Ant. Signum magnum * fémina est amicta sole hæc refulgens Dómina gloriosa Prole, alleluja.

V. Sub tuum præsidium confúgimus, alleluja. **R.** Sub quo securi lætique dégimus, alleluja.

Léctio sancti Evangélii secundum Joánnem

Lectio vii Cap. 2, 1-11
In illo tempore: Nuptiae factæ sunt in Cana Galilææ, et erat Mater Jesu

ibi. Vocatus est autem et Jesus, et discípuli ejus ad nuptias. Et réliqua.

Homilia sancti Bernárdi Abbátis

Dom. I post Oct. Epiphaniæ Sermo 1, De miraculo facto in nuptiis, sub init.

N inum non habent. Compássa est María eórum verecundiæ, sicut misericors, sicut benignissima. Quid de fonte pietatis procederet, nisi pietas? Quid, inquam, mirum, si pietatem exhibent víscera pietatis? Nonne, qui pomum in manu sua tenuerit dimidia die, réliqua diéi parte pomi servabit odórem? Quantum ígitur víscera illa virtus pietatis affécit, in quibus novem ménsibus requiévit? Nam et ante mentem replévit quam ventrem; et, cum procéssit ex útero, ab ánimo non recéssit. Dúrior fortásse et austerior vidéri posset respónsio Dómini; sed növerat ille, cui loquerétur; et, quis loquerétur, illa non ignorábat. Déni que ut scias, quómodo respónsum ipsum accéperit aut quantum de Filii be-

nignitáte præsúmpserit, ait ministris: Quæcumque præcéperit vobis, serváte et fácite.

R. Salvatóris Mater pia, mundi hujus spes, María, * Ave, plena grátia, allelúa. **V.** Porta cæli, templum Dei, maris portus, ad quem rei currunt cum fidúcia. **A**ve.

Lectio viii

Sermo 2, De spiritualibus nuptiis, in medio

Quid mihi et tibi est, múlier? Quid tibi et illi est, Dómine? Nonne, quod filio et matri? Quid ad illam pertíneas, quæris, cum tu sis benedictus fructus ventris immaculati? Nonne ipsa est, quæ, salvo pudore, concépit et sine corruptione te péperit? Nonne ipsa est, in cuius útero novem ménsibus morátus es, cuius virgíneis ubéribus lactátus es, cum qua, jam duodecim annórum factus, de Jerúsalem descendísti, et eras súbditus illi? Nunc ergo, Dómine, quid moléstus es illi, dicens: Quid mihi et tibi? Multum per omnem modum. Sed maniféste jam video, quod,

non velut indígnans aut confundere volens Virgini Matris téneram verecundiā, díixeris: Quid mihi et tibi? cum, venientibus ad te juxta Matris præceptum ministris, nihil cunctátus, fácas, quod illa suggéssit.

R. Intendéntes tuæ laudi, nos atténde, nos exáudi, * Nos a morte libera, allelúa. **V.** Quæ post Christum prima sedes, inter Christi coherédes Christo nos adnúmera. **Nos.** Glória Patri. **Nos.**

Lectio ix

Sermo de duodecim prærogatiis, sub init.

Quid ad Maríam accédere trépidet humána fragilitas? Nihil austérum in ea, nihil terribile; tota suávis est, ómnibus offérens lac et lanam. Revólve diligéntius evangélicæ históriæ sériem univérsam, et si quid forte increpatórium, si quid durum, si quod déni que signum vel tenuis indignationis occurrerit in María, de cétero suspéctam hábeas, et accédere vereáris. Quod si (ut vere sunt) plena magis ómnia pietatis et

gratiæ, plena mansuetudinis et misericordiæ, quæ ad eam pertainent, invéneris: age grátias ei, qui tales tibi mediatriçem benignissima miseratióne providit, in qua nihil possit esse suspéctum; quæ ómnibus misericordiæ simum áperit, ut de plenitudine ejus accípiant universti: captívus redemptiōnem, æger curatiónen, tristis consolatiónen, peccátor véniam, justus gratiā, ut non sit, qui se abscóndat a calore ejus.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes et per Horas

Ant. 1 Laudet rosam caritatis, * víolam humilitatis, lílum integrítatis júbilans Ecclésia, allelúa.

2 Laudent templum Trinitatis, * laudent matrem pietatis, laudent stellam claritatis regna et impéria, allelúa.

3 Laudet rubum visiónis, * laudet vellus Gedeónis mánnaque refectionis viginans família, allelúa.

4 Altum thronum Salomónis, * fulgens vas de-

votónis, claram vallem vi-
siónis benedicant ómnia,
allelúja.

5 Laudent Matrem veri
Dei * cuncta, quæ subsí-
stunt ei, cælum, terra, lux
diéi et supérna cùria, al-
lelúja.

Capit. Eccli. 24, 14

Ab initio et ante sǽcula
creáta sum, et usque
ad futúrum sǽculum non
désinam, et in habitatióne
sancta coram ipso minis-
trávi.

Hymnus

In supréma jerarchía
Residénti Dóminæ
Personémus voce pia,
Servitútis nómine.

Decet alte sublimátam
Altis coli vócibus,
Huic offérre laudem gra-
tam

Corde et opéribus.

Lunam ista benedicta
Pede premens Dómina
Atque, sole præamicta,
Luce claret gémina:

Velut gemmis coronáta
Bis senis sidéribus;
Cunctis dispar et præláta
Sola muliéribus.

Genitóri Genítóque
Nostra sit laudátio,

Procedénti ab utróque
Compar jubilátio.
Amen.

V. Ora pro nobis, magna
Patróna Bavaríæ, allelú-
ja. **R.** Ut digni efficiámur
promissiónibus Christi,
allelúja.

Ad Bened. Ant. Judítha
nostræ * pulchra Bethú-
liæ, tu spes senátus, tu
pópuli salus, regísque na-
torúmque et urbis glória
lætitiæque causa, allelúja.

Oratio

Deus, qui dilécti Filii tui
Genetrícem nobis Ma-
trem ac regni Patrónam
dare dignátus es: concéde
propítius; ut sub hujus Ma-
tris tutéla ab omni hósti-
um defendámur incúrsu,
et sine timore in sanctitaté
et justitia tibi serviámus.
Per eúndem Dóminum.

Ad Tertiam

Capitulum Eccli. 24, 14

Ab initio et ante sǽcula
creáta sum, et usque
ad futúrum sǽculum non
désinam, et in habitatióne
sancta coram ipso minis-
trávi.

R. br. Spécie tua et pul-
chritúdine tua, * Allelúja,

allelúja. **S**pécie. **V.** In-
ténde, próspero procéde,
et regna. **A**llelúja, alle-
lúja. **G**lória Patri. **S**pécie.

V. Adjuvábit eam Deus
vultu suo, allelúja. **R.** De-
us in médio ejus, non com-
movébitur, allelúja.

Ad Sextam

Capit. Eccli. 24, 15-16

Et sic in Sion firmáta
sum, et in civitáte
sanctificáta simíliter re-
quiévi, et in Jerúsalem po-
téstas mea. Et radicávi
in pópulo honorificáto, et
in parte Dei mei heréditas
illíus, et in plenitúdine
sanctórum deténtio mea.

R. br. Adjuvábit eam
Deus vultu suo, * Alle-
lúja, allelúja. **A**ddjuvábit.

V. Deus in médio ejus,
non commovébitur. **A**lle-
lúja, allelúja. **G**lória Pa-
tri. **A**ddjuvábit.

V. Elégit eam Deus, et
præelégit eam, allelúja.

R. In tabernáculo suo ha-
bitáre facit eam, allelúja.

Ad Nonam

Capit. Eccli. 24, 19-20

In platéis sicut cinnamó-
num et bálsamum aro-
matízans odórem dedi:

quasi myrrha elécta dedi
suavitátem odóris.

R. br. Elégit eam Deus,
et præelégit eam, * Alle-
lúja, allelúja. **E**légit. **V.**
In tabernáculo suo habi-
táre facit eam. **A**llelúja,
allelúja. **G**lória Patri. **E**lé-
git.

V. Diffusa est grátia in
lábii tuis, allelúja. **R.**
Propterea benedíxit te De-
us in aetérnum, allelúja.

In II Vesperis

Omnia ut in I Vesperis 8*,
præter sequentia:

V. Rem, regem, régimen,
regiónem, religiónem, al-
lelúja. **R.** Consérva Bá-
varis, Virgo Patróna, tuis,
allelúja.

Ad Magnif. Ant. Occúr-
re votis * et Bávaros re-
ges adfla benigni Númi-
nis hálitu, tu, robur afflic-
tæque scutum et dulce de-
cus Patriæque Mater, Ma-
ría, allelúja.

Et fit Commemoratio sequen-
tis Dominicæ.

Commemoratio Octavæ

In I Vesperis

Ant. Descénde cælo, fi-
lia Príncipis, pulchrósque
gressus figere Bóicis dig-

náre terris, qua vocáris,
ínclita magna Patróna
regni, allelúja.

V. Ora pro nobis, magna
Patróna Bavariæ, allelú-
ja. **R.** Ut digni efficiámur
promissiónibus Christi,
allelúja.

Oratio

Deus, qui dilécti Fílii
tui Genetrícem nobis
Matrem ac regni Patró-
nam dare dignátus es:
concéde propítius; ut sub
hujus Matris tutéla ab om-
ni hóstium defendámur in-
cúrsu, et sine timóre in
sanctitáte et justitíia tibi
serviámus. Per eúndem
Dóminum.

Ad Laudes

Ant. Judítha nostræ pul-
chra Bethúliae, tu spes se-
nátus, tu pópuli salus,
regisque natorúmque et
urbis glória lætitiaeque
causa, allelúja.

V. Ora pro nobis, ma-
gna Patróna Bavariæ, al-
lelúja. **R.** Ut digni effici-
mum promissiónibus Chris-
ti, allelúja.

In II Vesperis

Ant. Occúrre votis et
Bávaros reges adfla be-
nigni Núminis hálitu, tu,

robur afflictæque scutum
et dulce decus Patriæque
Mater, María, allelúja.

V. Rem, regem, régimen,
regiónem, religiónem, al-
lelúja. **R.** Consérva Bá-
varis, Virgo Patróna, tuis,
allelúja.

J Si quando occurrat dies li-
bera infra Octavam, in II Noctu-
rno Lectiones Dei Fílius, de
Communi Festorum B. Mariæ
Virginis cum Responsoriis de
Festo, in III Nocturno Lectio-
nes ut in die Festo 13*, donec
aliter provideatur.

Sabbato II Maji

In Octava B. Mariæ V. Patronæ Bavariæ

Duplex majus

Antiphonæ et Psalmi ad om-
nes Horas et Versus Noctu-
norum de occurrenti hebdo-
madæ die, ut in Psalterio; re-
liqua ut in Festo, præter Lec-
tiones, quæ in I Nocturno di-
cuntur de Scriptura occurrenti
cum suis Responsoriis de Tem-
pore, in II et III infra assig-
nantur propriæ.

In II Nocturno

Sermo sancti Augustíni
Episcopi

Lectio iv

Sermo 18 de Sanctis, in medio

Bxsúltat María, et
matrem se læta
mirátur, et de Spí-

ritu Sancto se peperisse
gaudet; nec, quia pépe-
rit innúpta, terrétur; sed,
quia genérerit, cum exsult-
tatióne mirátur. O fémina
super féminas benedicta,
quæ virum omnino non no-
vit, et virum suo útero cir-
cúmdedit! Circúmdat vi-
rum María, Angelo fidem
dando, quia Heva pérdi-
dit virum, serpenti con-
sentiendo. O felix obedi-
éntia, o insígnis grátia!
quæ, dum fidem humíliter
dedit, cæli in se Opíficem
corporávit. Hinc promé-
ruit glóriam, quam ipsa
póstmodum auxit. Ecce,
ait, ex hoc beatam me di-
cent omnes generatiónes.

R. O María, stella ma-
ris, pietate singuláris, *
Pietatis óculo, allelúja,
V. Nos dignéris intuéri;
ne cunctéris miseréri nau-
fragánti sǽculo. Pietatis.

Lectio v

O beáta María, quis tibi
digne váleat jura gra-
tiárum ac laudum præcō-
nia repéndere, quæ singu-
lári tuo assénsu mundo
succurrísti pérdito? Quas
tibi laudes fragilitas hu-
máni géneris persolvat,
quæ solo tuo commércio

recuperándi áditum invé-
nit? Accipe itaque quas-
cúmque exiles, quascúm-
que méritis tuis ímpares
gratiárum actiones: et,
cum suscéperis vota, cul-
pas nostras orándoexcúsa.
Admitte nostras preces
intra sacrárium exauditió-
nis, et repórta nobis antí-
dotum reconciliatiónis.

R. Virgo, virga salutá-
ris, singuláris portus ma-
ris, * Porta vitæ, prævia,
allelúja. **V.** Nos immér-
sos in profundo duc in
portum, et a mundo tua
mundet grátia. **P**orta.

Lectio vi

Sit per te excusáble,
quod per te ingérimus;
fiat impetráibile, quod fida-
mente pósdimus. Accipe
quod offérimus, redóna
quod rogámus, excúsa
quod timémus, quia tu es
spes única peccatórum.
Per te sperámus véniam
delictórum, et in te, be-
tíssima, nostrórum est
exspectatió præmiórum.
Sancta María, succúrre
miseris, juva pusillánimes,
réfove flébiles, ora pro pó-
pulo, intérveni pro clero,
intercéde pro devóto fe-
míneo sexu: séntiant om-

nes tuum juvámen, qui cùmque célebrant tuam sanctam sollemnitátem.

R. Tolle malum, tende velum, tu, Patróna, duc phasélum * Ad cæli palátia, allelúja. **V.** Tu sis nobis mediátrix, dux et cymbæ gubernátrix maris per naufrágia. **A. d.** Glória Patri. **A.**

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secundum Joánnem

Lectio vii Cap. 2, 1-11

In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, et erat Mater Iesu ibi. Vocátus est autem et Jesus, et discípuli ejus ad nuptias. Et réliqua.

Homilia sancti Bernárdi Abbátis

Sermo 1, De miraculo facto in nuptiis, sub init.

Deficiente vino, dixit Mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Compássa est enim eórum verecündiæ, sicut misericors, sicut benignissima. Quid de fonte pietatis procéderet, nisi pietas? Quid, inquam, mirum, si pietátem exhibent viscera pietatis? Nonne,

qui pomum in manu sua tenúerit dimidia die, reliqua diéi parte pomi servábit odórem? Quantum igitur viscera illa virtus pietatis affécit, in quibus novem ménibus requiévit? Nam et ante mentem replévit quam ventrem; et, cum procéssit ex útero, ab ánimo non recéssit. Dúrior fortásse et austerior vidéri posset respónsio Dómini; sed nóverat ille, cui loquerétur; et, quis loquerétur, illa non ignorábat. Dénique ut sciás, quómodo respónsum ipsum accéperit aut quantum de Fílii benignitáte præsúmpserit, ait ministris: Quæcúmque præcéperit vobis, serváte et fácite.

R. Salvatóris Mater pia, mundi hujus spes, María, * Ave, plena grátia, allelúja. **V.** Porta cæli, templum Dei, maris portus, ad quem rei currunt cum fidúcia. **A. ve.**

Lectio viii

Sermo 2, De spiritualibus nuptiis, in medio

Quóties mihi necésse est, fratres, post lacrimosas quærimónias vestras

exoráre Matrem misericordiæ, ut súggerat suo benignissimo Filio, quóniam vinum non habeáti? Et ipsa, dico vobis, carísimi, si pie a nobis pulsata fúerit, non déerit necessitati nostræ; quóniam misericors est et Mater misericordiæ. Nam, si compássa est verecundiæ illórum, a quibus fúerat invitáta, multo magis compatiétur nobis, si pie fúerit invocáta. Placent enim illi nuptiæ nostræ, et périnent ad eam multo amplius illis; nimírum de cuius útero, tamquam e thálamo suo, cælestis Sponsus procéssit. Sed quem non móveat, quod in nuptiis illis respóndit Dóminus benignissimæ ac sanctissimæ Matri suæ, dicens: Quid mihi et tibi est, múlier? Quid tibi et illi est, Dómine? Nonne, quod filio et matri?

R. Intendéntes tuæ laudi, nos atténde, nos exáudi, * Nos a mortelibera, allelúja. **V.** Quæ post Christum prima sedes, inter Christi coherédes Christo nos adnúmera. **Nos.** Glória Patri. **Nos.**

Lectio ix

Quid ad illam pertíneas, quæris, cum tu sis benedictus fructus ventris immaculati? Nonne ipsa est, quæ, salvo pudore, concépit et sine corruptione te péperit? Nonne ipsa est, in cujus útero novem ménibus morátus es, cujus virgíneis ubéribus lactátus es, cum qua, jam duódecim annórum factus, de Jerúsalem descendísti, et eras súbditus illi? Nunc ergo, Dómine, quid moléstus es illi, dicens: Quid mihi et tibi? Multum per omnem modum. Sed maniféste jam vídeo, quod, non velut indígnans aut confundere volens Vírginis Matris téneram verecundiæ, díixeris: Quid mihi et tibi? cum, veniéntibus ad te juxta Matris præceptum ministris, nihil cunctátus, fáciás, quod illa suggésit. Ut quid ergo, fratres, ut quid sic respondébat prius? Utique propter nos, ut convérsos ad Dóminum jam non sollicitet carnálium cura paréntum, et necessitúdines illæ non

impédiant exercitium spirituále.
Te Deum laudámus.

Die 16 Maii
S. Joannis Nepomuceni
Presbyteri et Martyris
Duplex majus

Oratio

D eus, qui ob invictum beáti Joánnis sacramentale siléntium nova Ecclésiam tuam martyrii coróna decorásti: da nobis ejus intercessióne et exémplo, linguam caute custodire; ac ómnia pótius mala, quam ánimæ detriméntum, in hoc sǽculo toleráre. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio præcedentis (S. Joannis Baptiste de la Salle Conf., duplex):

Ant. Hic vir despiciens mundum et terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu, allelúja.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúja. **R.** Et osténdit illi regnum Dei, allelúja.

Oratio

D eus, qui, ad christiánam páuperum eruditiónem et ad juvéntam in

via veritatis firmádam, sanctum Joánnem Baptístam Confessórem excitásti, et novam per eum in Ecclésia familiam collégisti: concéde propitiū; ut, ejus intercessióne et exémplo, stúdio gloriæ tuæ in animárum salúte fervéntes, ejus in cælis corónæ partícipes fieri valeámus.

Deinde Commemoratio S. Ubaldi Ep. et Conf. (semi-duplex):

Ant. Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pôpulo, ora pro nobis Dóminum, allelúja.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum, allelúja. **R.** Stolam gloriæ induit eum, allelúja.

Oratio

A uxílium tuum nobis, Dómine, quæsumus, placátus impénde: et, intercessióne beáti Ubálidi Confessóris tui atque Pontificis, contra omnes diaboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiañonis exténde. Per Dóminum nostrum.

In II Nocturno
Lectio iv

Foánnes Nepomúci Bohémiae oppido, unde Nepomucéni cognómen duxit, a paréntibus ætate provéctis, non sine futuræ sanctitatis præságio, flammis supra nascéntis domum mirabiliter collucéntibus, ortus est. Cum infans in gravem morbum incidíset, beátæ Vírginis ope, cui natum paréntes referébant accéptum, e vitæ periculo evásit incólumis.

Egrégia índole, piáque institutióne cælestibus indíciis obsequénte, inter sanctas religiosásque exercitatiónes pueritiam egit; nam ecclésiam frequénter adíre, ac sacerdótibus ad aras operántibus ministrare in delíciis habébat. Zatéci politíribus litteris ad humanitatem informátus, Pragæ vero gravióribus disciplinis excultus, philosóphiæ, theológiæ sacrórūmque cánonum magistérium et láuream eméruit. Sacerdótio initiátus, atque a sciéntia Sanctórum ad luca animárum rite com-

parátus, ministério verbi Dei se pénitus addíxit. Cum ígitur in vitiis extirpándis, et revocándis in viam salútis errántibus, eloquéntia et pietate uberes éderet fructus, inter canónicos metropolitánæ ecclésiæ Pragénsis coopératus, mox sibi demandátam Evangélii coram rege Wencesláo quarto prædicándi provinciam suscépit, eo succéssu, ut Joánnis suásu multa rex fáceret, magnóque in honore ejus virtutes habéret. Conspicuas tamen, quas ille obtulit dignitátes, Dei servus, ne a divini verbi præcónio avocarétur, constan-tissime recusávit.

R. Lux perpétua lucébit sanctis tuis, Dómine,
* Et ætérnitas téporum, allelúja, allelúja. **V.** Lætitia sempitérna erit super capita eórum: gádium et exsultatióne obtinébunt. **Et.**

Lectio v

R égiis illum eleemosy-nis in páuperes ergándis præfécum, Joánnina régina, ex sereníssima ducáli domo Bavárica oriúnda, consciéntiæ sibi mo-

deratorem ascivit. Cum autem Wenceslaus ab officio institutoque decessisset, atque in vita præceps abriperetur, piæ vero conjugis obtestationes et monita gravate ferret, contendere ausus est, ut in sacramentali judicio sacerdoti credita reginæ arcana sibi a Joanne pandarentur. At Dei minister blanditiis primum, tormentis deinde et carceris squalore tentatus, nefariæ regis cupiditati fôriter obstitit. Furémentum tamen Wenceslai animum cum ab exsecrando propôsito nec humana nec divina jura deterrent, suprimum agónem, quem instare sibi athleta Christi noverat, populo in conditione de impendéntibus etiam regni calamitatibus admónito, non obscurè prænuntiavit. Mox Boleslaviam profectus, ad beatæ Virginis imáginem antiquo cultu célebrem, cœlestè præsidium ad certandum bonum certamen effusis precibus imploravit. Inde vespere revertentem in pervigilio Dominicæ Ascensionis rex e

fenestra conspicatus arcessit: cumque vehementius urgéret, et proximam in aquis, si oblectari pérgeret, submersiónem intentaret, Joánnes invicta constântia terróres minásque refutávit. Itaque regis império in Moldavam flumen Pragam interflens noctu dejectus, illústrem martyrii corónam est consecutus.

R. In servis suis, alleluja, * Consolábitur Deus, alleluja. **V.** Judicabit Dóminus populum suum, et in servis suis. Consolábitur.

Lectio vi

Sacrilegum fácinus clam patrátum, et Mártyris glóriam insigne prodígium divinitus patefécit. Ubi enim exánime corpus secundo flúmine vehi cœpit, ardentes faces aquis supernatantes et discurrentes apparuerunt. Quam ob rem ex arena postridie mane corpus elatum, canónici deinde, regis iram nihil timentes, in metropolitánam ecclésiam sollemni pompa intulerunt, et sepulturæ mandarunt. Cum autem in dies invicti

sacerdótis memória miraculis, et máxima fidélium, eorum præcipue qui fama periclitántur, veneratione créseret, post annos demum amplius trecéntos, in jurídica recognitioне corporis, quod sub humo tamdiu jacuerat, lingua ejus incorrupta et vivida reperta est: quæ sexto post anno judicibus a Se-de Apostólica delegatis exhibita, novo prodígio repente intumuit, et sub obscúrum ruborem in purpúreum commutávit. His itaque aliisque signis rite probatis, Benedíctus décimus tertius Póntifex Máximus die décima nona mensis Márthii, anno salútis millésimo septingentésimo vigésimo nono, primum hunc sacramentalis sigilli assertórem, arcáni fidem sanguine obsignántem, sanctórum Mártyrum catálogo adscriptis.

R. Filiæ Jerúsalem, venite et videte Mártyres cum corónis, quibus coronavit eos Dóminus * In die sollemnitatis et lætitiae, alleluja. **V.** Quóniam confortavit seras portárum tuárum, benedixit fi-

lios tuos in te. **In.** Glória Patri. **In.**

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secundum Matthæum

Lectio vii Cap. 10, 26-32

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelabitur; et occultum, quod non sciétur. Et reliqua.

Homilia sancti Hilárii Episcopi

Comment. in Matthæum, can. 10, post medium

Dóminus diem iudicij ostendit, quæ abstrusam voluntatis nostræ conscientiam prodet: et ea quæ nunc occulta existimantur, luce cognitionis publicæ déteget. Igitur non minas, non consilia, non potestates insectantium monet esse metuendas: quia dies iudicij nulla haec fuisse, atque inania revelabit. Et quod dico vobis in tenebris, dícite in lumine: et quod in aure auditis, prædicáte super tecta. Non legimus Dóminum sólitum fuisse nōc-

tibus sermocinari, et doctrinam in ténebris tradidisse: sed quia omnis sermo ejus carnalibus ténebræ sunt, et verbum ejus infidelibus nox est.

R. Ego sum vitis vera, et vos pálmites: * Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, alleluja, alleluja. **V.** Sic ut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. **Qui.**

Lectio viii

Itaque id quod a se dictum est, cum libertate fidei et confessionis vult esse loquendum. Idcirco qua in ténebris dicta sunt prædicari jussit in lúmine: ut quæ sécréto áurium commissa sunt, super tecum, id est, excélsō loquéntium præcónio audiántur. Constánter enim Dei ingérenda cognitio est, et profundum doctrinæ evangélicæ sécrétum in lúmine prædicationis apostolicæ revelandum: non timéntes eos, quibus cum sit licentia in cörpera, tamen in ánimam jus nullum est: sed timéntes pótius Deum, cui perdéndæ in gehénnā et ánimæ et cörperis sit potestas.

R. Cándidi facti sunt Nazaræi ejus, alleluja: splendórem Deo dedérunt, alleluja: * Et sicut lac coagulati sunt, alleluja, alleluja. **V.** Candidióres nive, nitidióres lacte, rubicundióres ébore antiquo, saphíro pulchriores. **Et. Glória Patri. Et.**

Pro S. Ubaldo:
Lectio ix

Ubáldus, Eugúbii in Umbria nóbili gênero natus, a primis annis pietate et litteris egrégie est institutus; jamque aduléscent, ut uxórem dúceret, sæpe tentátus, numquam tamen a propósito servandæ virginitatis recéssit. Sacérdos efféctus, patrimonium suum paupéribus et ecclésiis distribuit. Canonicorum regulárium ordinis sancti Augustini institutum suscipiens, illud in pátriam tránstulit. Ab Honório secundo Summo Pontifice ecclésiæ Eugubinæ invitus præficitur, et episcopális consecratiōnis múnere decóratur. Factus forma gregis ex ánimo, de consueta vivendi ratiōne nihil admodum immutavit, et in

omni virtútum gênero eniuit. Diútius infirmitatibus afflictus, Deo indesinénter grátias agébat. Cum multis annis ecclésiam sibi commissam summa cum laude gubernásset, sanctis opéribus et miraculis clarus, quiévit in pace. **Te Deum.**

Ad Laudes fit Commemoratio S. Ubaldi:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus, alleluja.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, alleluja. **R.** Et osténdit illi regnum Dei, alleluja.

Oratio

Auxílium tuum nobis, Dómine, quæsumus, placátus impénde: et, intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui atque Pontificis, contra omnes diaboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiatiōnis exténde. Per Dóminum nostrum.

In II Vesperis fit Commemoratio sequentis (S. Paschalis Conf.):

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit

domum suam supra petram, alleluja.

V. Amávit eum Dóminus et ornávit eum, alleluja. **R.** Stolam gloriæ induit eum, alleluja.

Oratio

Deus, qui beátum Paschálem Confessórem tuum mirifica erga Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria dilectione decorásti: concéde propítius; ut, quam ille ex hoc divino convívio spíritus percépit pinguédinem, eádem et nos percípere mereámur.

Deinde Com. S. Ubaldi:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradisi corónavit eum, alleluja.

V. Justum et Oratio Auxílium tuum, ut supra.

Die 5 Junii

S. Bonifatii

Episcopi et Martyris

Duplex II classis

Ut in Breviario eadem die. Attamen in I Noct. Lectiones A Miléto, de Communi unius Martyris 1 loco, et in II Vesperris Commemoratio sequentis.

Die 16 Junii
S. Bennonis
E piscopi et Confessoris
Duplex majus, sed ad modum
Simplicis recolendum

In I Vesperis

Ant. Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pôpulo, ora pro nobis Dóminum, allelúja.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum, allelúja. **R.** Stolam glóriæ induit eum, allelúja.

Oratio

Deus, qui nos beáti Benónis Pontificis confessióne gloriósa circúmdas et prótegis: da nobis,

et ejus imitátióne profícere, et intercessióne gaudére. Per Dóminum.

Ad Laudes

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, dicit Dóminus, allelúja.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúja. **R.** Et osténdit illi regnum Dei, allelúja.

In II Vesperis

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradísi corónávit eum, allelúja.

V. Justum, ut supra.

Index alphabeticus

	pag.
Bennonis Episcopi et Confessoris, duplex majus, sed ad modum Simplicis recolendum. 16 Junii	28*
Bonifatii Episcopi et Martyris, duplex II classis. 5 Junii	27*
Clementis Mariæ Hofbauer Conf., duplex majus. 15 Martii	5*
Guidonis Abbatis, Commemoratio. 31 Martii	7*
Joannis Nepomuceni Presb. et Mart., duplex majus. 16 Maii	22*
Mariæ B. V. Patronæ Bavariæ Sollemnitas, duplex I classis cum Octava communi. Sabbato I Maii	8*
— Octava, duplex majus. Sabbato II Maii	18*
Petri Canisii Confessoris et Ecclesiæ Doctoris, duplex II classis. 27 Aprilis	8*

PROPRIUM FESTORUM DIECESIS SPIRENSIS

JUSSU ET AUCTORITATE
REVERENDISSIMI ET ILLUSTRISSIMI DOMINI


LUDOVICI

EPISCOPI SPIRENSIS

EDITUM

AD NORMAM KALENDARI REFORMATI ET
APPROBATI A S. R. C. DIE 23 MARTII 1914
ET SUBSEQUENTIUM DECRETORUM

PARS ÆSTIVA



1927

RATISBONÆ

SUMPTIBUS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET
S. SEDIS APOST. ET S. RIT. CONGR. TYPOGR.

KALENDARIUM

Approbatio

Concordat cum Originalibus.

Spiræ, die 23 Septembris 1927

✠ Ludovicus

Episcopus Spirensis

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 29 Septembris 1927

Dr. Scheglmann Vic. Gen.

Kalendarium perpetuum in usum diœceseos Spiren., a Sacra Rituum Congregatione revisum et approbatum die 23 Martii 1914 et die 24 Aprilis 1925 auctum, continet KALENDARIUM ECCLESIÆ UNIVERSALIS CUM HISCE TANTUM ADDITAMENTIS ET MUTATIONIBUS:

JUNIUS

- 5 S. BONIFATII EP. ET MART., duplex II classis.
16 S. BENNONIS EP. ET CONF., PATRONI BAVARIAE,
duplex majus.

JULIUS

- 20 S. Margaritæ Virg. et Mart., duplex. Com. S. Hieronymi
Æmiliani Conf. (duplex).

AUGUSTUS

- 2 S. STEPHANI I PAPÆ ET MART., duplex. In Eccl.
Cathedrali duplex II classis. Com. S. Alfonsi Mariæ
de Ligorio Ep., Conf. et Eccl. Doct. (duplex).
8 B. Petri Faber Conf., semiduplex. Com. Ss. Cyriaci,
Largi et Smaragdi Mm. (semiduplex).
15 ASSUMPTIO B. MARIÆ VIRG., TITUL. ECCLESIÆ
CATHEDR. AC PATRONÆ PRINCIPALIS DIC-
CESIS, duplex I classis cum Octava communi.
16 additur: Com. S. Rochi Conf.
20 S. BERNARDI ABB., CONF. ET ECCL. DOCT., duplex.
In Eccl. Cathedr., duplex majus. Com. Octavæ.

PROPRIUM FESTORUM
DIOCESES SPIRENSIS

PARS FESTIVA

Die 5 Junii

S. Bonifatii

Episcopi et Martyris

Duplex II cassis

Ut in Breviario eadem die.
Attamen in I Nocturno Lec-
tiones A Miléto, de Communi-
unius Martyris 1 loco, et in
II Vesperis fit Commemoratio
sequentis.

Die 16 Junii

S. Bennonis

Episcopi et Confessoris,
Patroni Bavariae

Duplex majus

Oratio

Deus, qui nos be-
áti Bennónis
Pontíficis con-
fessióne glo-
riosa circúndas et próte-
gis: da nobis, et ejus imi-
tatione proficere, et inter-
cessióne gaudére. Per
Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

Bennō, Hildésiae
Saxóniae civitáte,
illústribus geni-
tíribus oriündus, quin-
quénnis sancto Bernwár-
do Hildesiensi epíscopo,
ejus consanguíneo, com-
mendátus, Wiggero mo-
nastérii sancti Michaélis
præpósito in Dei timóre
instruéndus et in stúdio
litterárum erudiéndus trá-
ditur. Factusadoléscens,
epíscopi consilio sumpto
hábitu monachórum, in
eódem cœnobio tam sanc-
te vixit, ut, mórtuo abbá-
te, cogerétur sollicitúdinis
abbatiális sárcinam sub-
ire: cuius tamen vaca-
tionem præ amóre vitæ
contemplativæ, post spá-
tium trium círciter mén-
sium fléntibus sæpe ócu-
lis impetrávit. Cum au-

tem speráret, réliquum vitæ privátim in oratióne transígere, Henrícus imperátor tértius hujus nóménis, cùpiens in ecclésia Goslariénsi a se nuper absoluáta, congregatióne Canonicórum reguláriter vivéntium a probatissimis et doctíssimis quibúsque Germanórum constitúere, Bennónem magnis précibus a Pontifice Leónē nono impestratum, et illius auctoritaté ab órdine monástico ad canónicum translátum, eídem novellæ congregatióni magístrum dedit, ut illi spirituális armatúræ dux esset, et illam ecclesiásticæ disciplinæ tirocínii informáret.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. **Manus.**

Lectio v

Cum autem annos decem et septem in canónica congregatióne sanctissime vixisset, et monastérium Goslariénsē multórum prædiórum, do-

mórum et cénsuum patérnae hereditatis attributióne ditavísset, suadénte beáto Annóne Coloniénsi archiepíscopo, ecclésiæ Misnénsi tunc vacánti præfектus, episcopátum ne accíperet, ómnibus, quibus pótuit, modis résistit; sed tandem beáti Annónis acri objurgatióne compúlsus pótius, quam persuásus, illum suscépit: non néscius tamen, divíno sibi revelánte spíritu, quantis tribulatiónum fluctibus in episcopátu foret exagitándus; quemádmodum ipse événtus comprobávit, dum Henricus quartus imperátor, bello contra Sáxones excitáto, sanctum epíscopum officio boni pastóris incumbéntem et nihil mali suspicántem invádens, insóntem capit, ómnia illius ecclésiæ bona díripit, et captum carcéribus et expílio duríssimo damnat.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi éléctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. **M**anus.

Lectio vi

Revocáitus deinde ab exsilio, et ad suam ecclésiam ire permíssus, mox ália tempestáte contra il- lum obórta, exsuláre dénuo compéllitur, exórtó nimírum diro schísmate inter Románum Pontíficem Gregoríum séptimum et ipsum imperatórem, quo vel Henríci iram incúrre, vel Dei et Pontificis mandatórum transgréssor fieri cōgitur. Eligens enim pótius indignatióne hóminum incúrrere, quam divínum mandátum contémnere, superátis insidiis sibi in itinere parátis, Romam pergens Pontifici adhésit, et pro illius auctoritaté, necnon étiam pro ecclesiástica libertate, contra ipsum imperatórem acérrime pugnávit, et unus fere ex tota Germánia concilio Románo, eádem causa contra imperatórem celebráto, intérfuit et subscripsit. Qui tandem, imperatóre víribus fracto, libere ad ipsam ecclésiam revérsus, dum eídem ecclésiæ instaurándæ moribúsque reformándis stré-

nuam óperam impéndit, dum Slavis ab errore idololatriæ repurgándis prædicatióne et miráculis totus incúmbit, séntiens horam sui éxitus appropinquáre, convocáti frátribus et ad mútuam dilectionem sério cohortátis, prænuntiáta, quæ futúra erat, Ecclésiæ pace ac tranquillitaté, in Dómino obdormívit décimo sexto Kaléndas Júlii, ab Hadriáno sexto in Sanctórum númerum relátus.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: * Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Ipse. Glória Patri. Ipse.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Homo peregre, de Communi Conf. Pont.

Die 20 Julii

S. Margaritæ
Virginis et Martyris

Duplex

In II Vesperis præcedentis (S. Vincentii a Paulo) fit a Capitulo de sequenti.

Oratio

Indulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, beáta Margaríta Virgo et Martyr implóret: quæ tibi grata semper exstítit et mérito castitatis, et tuæ professióne virtutis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Hieronymi Æmiliani Conf. (dupl.):

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.

V. Amávite eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam gloriæ induit eum.

Oratio

Deus, misericordiarum Pater, per mérita et intercessiónem beáti Hierónymi, quem órphanis adjutórem et patrem esse voluísti: concéde, ut spíritum adoptiόnis, quo filii tui nominámur et sumus, fidéliter custodiámus. Per Dóminum.

In II Nocturno**Lectio iv**

Margarita, quæ et Marina, Antiochiae Pisidiæ, patre Ædésio idolórum sacerdote nata, a téneris annis christiánæ religióni

addicta baptizáta est. Quæcum esset eximiæ pulchritudinis, a præfēcto Olíbrio adamátur: cumque eam sibi sisti jubéret, ita illam allóquitur: Tuum nobis puélla, et nomen, et religionem edícito. Tum illa: Margarita, inquit, vocor, génere sum nōbilis, religiōne christiána.

R. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: * Et deducet te mirabiliter déxtera tua. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua inténde, próspero procede, et regna. **E**t

Lectio v

At præses: Duo prima convenientia sunt, tertium vero absúrdum est: nam quid stúltius est, quam ut Deum sibi quis fáciat crucifixum? Ad hæc virgo: Unde tu, oro, didicisti, Dóminum Jesum fuisse crucifixum? Tum præses: Ex libris christianorum. Cui Margarita: Quænam verecúndia est, ut cum in iisdem libris legátur et poena Christi et glória, álerum credatis, álerum respuatis?

R. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: * Prop-

térea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiae. **V.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. **P**ropterea.

Lectio vi

His veheménter ira accénsus præfēctus, vária tormentórum génera in sancto illo corpúsculo consúmpsit. Primum enim virgis cæsam, deinde úngulis tortam in cácerem trudi jubet: ubi spectro dæmonis, forma terrifici dracónis appétitur; sed ad signum crucis tota vis diáboli prostérnitur. Prodúcitur iterum virgo, et cum in confessiōne fidei constántior perseveráret, ardéntibus fácibus látera ejus exuruntur. Dénique multis superátis tormentis, truncato capite, victórem post tot corónas spíritum cælum excépit.

R. Afferéntur Regi vírgines post eam, próximæ ejus * Afferéntur tibi in lætitia et exultatione. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua inténde, próspero procede, et regna. **A**fferéntur tibi. **G**lória Patri. **A**fferéntur tibi.

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum

Lectio vii Cap. 13, 44-52

In illo tempore: Dixit Jesus discípulis suis parabolam hanc: Símile est regnum cælórum thesáuro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ

Homilia 11 in Evang.

Gælórum regnum, fratres caríssimi, idcirco terrénis rebus simile dicitur, ut ex his quæ ánimus novit, surget ad incógnita quæ non novit: quátenus exémplum visibilium se ad invisibilia rápiat, et per ea, quæ usu dídicit, quasi confri-catus incaléscat: ut per hoc, quod scit notum diligere, discat et incógnita amare. Ecce enim, cælórum regnum thesáuro abscondito in agro comparáatur: quem qui invénit homo, abscondit, et prægáudio illius vadit, et vendit univérsa quæ habet, et emit agrum illum.

R. Hæc est Virgo sapiens, quam Dóminus vi-

gilántem invénit, quæ acceptis lampádibus sumpsit secum óleum: * Et veniente Dómino, introívit cum eo ad núptias. **V.** Média nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite óbviam ei. **Et.**

Lectio viii

Qua in re hoc quoque notandum est, quod invéntus thesáurus absconditur, ut servétur: quia stúdium cælestis desidérii a malignis spirítibus custodíre non sufficit, qui hoc ab humánis láudibus non abscondit. In præsenti étenim vita, quasi in via sumus, qua ad pátriam pérgeamus. Maligni autem spíritus iter nostrum quasi quidam latrúnculi óbsident. Deprædári ergo desiderat, qui thesárum pùblice portat in via. Hoc autem dico, non ut próximi ópera nostra bona non videant, cum scriptum sit: Vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est: sed ut per hoc, quod ágimus, laudes extérius non quærámus. Sic autem sit opus in pú-

blico, quátenus inténtio máneat in occúlto: ut et de bono ópere próximis præbeámus exémplum, et tamen per intentionem, qua Deo soli placére quærimus, semper optémus secrétum.

R. Média nocte clamor factus est: * Ecce sponsus venit, exite óbviam ei. **V.** Prudéntes Vírgines, aptáte vestras lámpades. **Ecce. Glória Patri. Ecce.**

Pro S. Hieronymo Æmiliano:

Lectio ix

Hierónymus, e gente patrícia Æmiliána Venetiis ortus, a prima adulescéntia militiæ addic-tus, difficillimis reipùblicæ tempóribus Castro novo ad Quarum in móntibus Tarvisínis præficitur. Arce ab hóstibus capta, ipse in tetérrimum cárcerem detrúditur, a quo beatissimæ Vírginis ope liberatur. Venetiis cœpit pietatis stúdia impénsius cólere, puerorum præsértim misértus, qui, paréntibus orbáti, per urbem vagabántur, quos in aëdes a se condúctas recépit de suo aléndos, et christiánis móribus imbuéndos. Per

eos dies Venétias appúlerant beátus Cajetánus et Petrus Caráfa (póstmodum Paulus quartus), qui, Hierónymi spíritu probáto, illum in Incurabílium hospitále adduxérunt, in quo órphanos simul educáret et ægrótis inservíret. Mox, eorúndem hortátu, in próxi-mam continéntem proféc-tus, Bríxiæ primum, deín-de Bérgomi atque Novocómi orphanotrophía aliáque pia institúta eréxit. Somáschæ demum subsístens, in húmili pago agri Bergoménsis, sedem con-stituit novæ congregatiónis, cui proptérea a Somáscha nomen factum, quam sanctus Pius quintus approbávit. Tandem contagióne, dum ægrotántibus inservíret, contrácto morbo, annos natus sex et quinquaginta, pro frátribus ániam pósuit, anno millésimo quingentésimo trigésimo séptimo.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes fit Commemoratio
Ss. Hieronymi Æmiliani:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te con-

stítuam, intra in gáudium Dómini tui.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.

R. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, misericordiarum pater, per mérita et intercessiónem beáti Hierónymi, quem órphanis adjutórem et patrem esse voluísti: concéde, ut spíritum adoptiόnis, quo filii tui nominámur et sumus, fidéliter custodiámus. Per Dóminum.

In Vesperis Commemoratio-sequentis (S. Praxedis Virg.):

Ant. Simile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margaritas: invénta una pre-tiosa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

V. Spécie tua et pul-chritúdine tua. **R.** In-ténde, próspera procéde, et regna.

Oratio

Exáudi nos, Deus, salu-taris noster: ut, sic ut de beátæ Praxédis Vírginis tuæ festivitaté gau-démus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu.

Deinde Commemoratio S. Hieronymi:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

V. Justum et Oratio Deus, misericordiarum pater, ut supra 11*.

Die 2 Augusti

S. Stephani I

Papæ et Martyris, Patroni secundarii Ecclesiæ Cathedralis

In Ecclesia Cathedrali:

Duplex II classis

In I Vesperis Commemoratio præcedentis, S. Pauli et S. Alfonsi de Ligorio Ep., Conf. et Eccl. Doct.

Oratio Deus, qui nos, ut infra.

In ceteris ecclesiis:

Duplex

In II Vesperis S. Petri ad Vincula fit Commemoratio S. Pauli, sequentis et S. Alfonsi Mariæ de Ligorio Ep., Conf. et Eccl. Doct.

Pro Commemoratione S. Stephani:

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit: fundátus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honóre coronasti eum, Dómine. **R.** Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio

Deus, qui nos beáti Stéphani Mártyris tui atque Pontificis ánnua solemnítate lètificas: concéde propítius; ut, cujus natalícia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Alfonsi:

Ant. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Alfónse María, divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui per beátum Alfónsum Mariam Confessórem tuum atque Pontificem, animárum zelo succénsim, Ecclésiam tuam nova prole fecundásti: quásumus; ut, ejus salutáribus móntis edócti et exémplis roboráti, ad te pervenire felíciter valeámus. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

Stéphanus Románum pontificátum gessit Valériano et Galliéno imperatóribus. Instítuit, ut sacerdótes et diáconi nusquam sacris vêtebus, nisi in ecclésia, uteréntur. Baptizátos ab hæréticis, iterum baptizári vétuit, rescríbens sancto Cypriáno verbis illis: Nihil innovétur, nisi quod tráditum est. Multos étiam ad Christum convértilt: in iis Olýmpium tribúnū cum uxóre Exsupéria et filio Theódulo, item Nemésium tribúnū cum tota familiá, óculis Lucillæ ejus filiæ restitútis: qui omnes Iesu Christi Mártyres fuérunt.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívít eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatēm ætérnam. **V.** Descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit eum. **Et.**

Lectio v

Sed vehéméntius jam in gravescénte persecu-

tioné imperatórum, Stéphanus, convocáto clero, ad martyrium suos hor tabátur, in cryptísque Mártyrum assídue Missas et concília celebrábát. Qui cum aliquándo raptus es set ab infidélibus ad templum Martis, ut ei sacrificáret, libere negávit se dæmóibus eum honórem velle tribúere, qui uni Deo deberétur. Quibus in verbis Martis státua terræmótu cóncidit, templúm que contrémuit.

R. Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei, Dómine, * Et voluntáte labiòrum ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcéedinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. **Et.**

Lectio vi

Quare ómnibus aufugi éntibus, qui Stéphanum tenébant, Póntifex ad suos revértitur in cœmetérium Lucinæ: quos divinis præcéptis instruens, sacraménto Córporis Christi communicávit; ibique, dum Missárum sollémnia perficit, adveniéntibus iterum imperatórum

satellitibus, ei in sua sede caput abscinditur. Corpus, cum eadem sede conspersa Mártyris sanguine, a clericis sepultum est in coemetério Callisti quarto Nonas Augústi. Vixit in pontificátu annos tres, menses tres, dies viginti duos. Hábuit ordinatiōnes duas mense Decembri, quibus creávit presbýteros sex, diáconos quinque, episcopos tres.

R. Stola jucunditatis induit eum Dóminus: * Et corónam pulchritúdinis pósuit super caput ejus. **V.** Cibávit illum Dóminus pane vitæ et intellectus: et aqua sapiéntiae salutáris potávit illum. **Et.** Glória Patri. **Et.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Si quis vult, de Communi unius Mart. 2 loco.

Pro S. Alfonso:

Lectio ix

Alfónsus María de Ligório, Neápoli nobilibus paréntibus natus, vix ut adolévit, ægrótis in pùblicis nosocomiis inservire ac jugi in templis orationi vacare in deliciis habébat. Patri obtémperans, causárum patrocínia sus-

cépit; fori tamen pericula expértus, ejúsmodi vitæ institútum ultro dimisit. Avita primogenitura abdicata, et sacerdótio initiátus, tanto zelo irruit in vitia, ut ingéntes perditórum hóminum conversiónes perágeret. Páuperum præsértim et ruricolarum miserátus, congregatiōnem Presbyterórum sanctissimi Redemptoris ad eórum evangelizatiōnem instituit. Ne autem a propósito umquam diverteret, perpétuo se votu obstrinxit nullam témporis jactúram faciéndi. Dominicæ passiónis et sacrae Eucharistiae contemplátor assíduus; atque Dei Genetricis cultor eximius, non semel cælestis ejus protectionis signis est recreátus. Multa édedit sacra eruditio ac pietate reférta, quibus ánimas Christo lucrifácre stíduit. Ab ecclesiasticis dignitatibus sibi oblatis constantissime abhorruit; apostólica tamen auctorité coactus, sanctæ Agathæ Gothórum ecclésiam gubernándam suscepit. Liberális in páupe-

res, ómnibus ómnia factus, sanctimoniales ad perfectiōrem vivéndi formam redégit. Episcopátu ob graves habitualésque morbos dimisso, ad suos revertitur. Tandem nonagenarius, innocéntia vitæ et pænitentia fulgens, anno millésimo septingentésimo octogésimo séptimo placidissime exspirávit. Eum Pius Papa nonus Ecclésiæ universális Doctorum declarávit.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes pro Commemoratione S. Alfonsi:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, dicit Dóminus.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.

R. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui per beatum Alfónsum Mariam Confessórem tuum atque Pontificem animarum zelo succénum, Ecclésiam tuam nova prole fecundásti: quæsumus; ut, ejus salutáribus mónitis edócti et exémplis roboráti, ad

te pervenire felíciter valéamus. Per Dóminum.

In Vesperis Commemoratio sequentis (Inventio S. Stephani Protomartyris):

Ant. Stéphanus autem plenus grácia et fortitudine, faciébat signa magna in pôpulo.

V. Glória et honore coronásti eum, Dómine. **R.** Et constituisti eum super ópera manuum tuárum.

Oratio

Da nobis, quæsumus, Dómine, imitari quod colimus: ut discámus et inimicos diligere; quia ejus Inventiōnem celebrámus, qui novit etiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum, Filium tuum. (Qui tecum.)

Deinde Commemoratio S. Alfonsi:

Ant. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Alfónse María, divinæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

V. Justum et Oratio Deus, qui, ut supra.

Die 8 Augusti
B. Petri Faber
Confessoris

Semiduplex (m. t. v.)

In II Vesperis S. Cajetani
 Conf. fit Commemoratio se-
 quentis:

Ant. Similábo eum viro
 sapiénti, qui ædificávit
 domum suam supra pe-
 tram.

V. Amávit eum Dómi-
 nus, et ornávit eum. **R.**
 Stolam gloriæ induit eum.

Oratio

Adésto, Dómine, suppli-
 catiónibus nostris, et,
 qui in beáto Petro Con-
 fessore tuo assiduum ora-
 tiónis stúdium et indefés-
 sum animárum zelum so-
 ciáre voluísti: ejus méritis
 et intercessióne concéde;
 ut, tibi júgiter ex
 ánimo adhæréntes, próxi-
 mos nostros ópere et veri-
 téte diligere et juváre va-
 láamus. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Ss.
Cyriaci, Largi et Smaragdi
Martyrum:

Ant. Istórum est enim
 regnum cælórum, qui con-
 tempsérunt vitam mundi,
 et pervenérunt ad prémia

regni, et lavérunt stolas
 suas in sanguine Agni.

V. Lætámini in Dómino
 et exsultáte, justi. **R.** Et
 gloriámini, omnes recti
 corde.

Oratio

Deus, qui nos ánnua
 sanctórum Mártirum
 tuórum Cyriaci, Largi et
 Smarágdi sollemnitátelæ-
 tíficas: concéde propítius;
 ut, quorum natalícia col-
 limus, virtútem quoque
 passiónis imitémur. Per
 Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

Fetus Faber Villa-
 réti, quod est op-
 pídulum superiò-
 ris Sabáudiae, in Dicecési
 olim Gebennénsi, piis ho-
 nestisque paréntibus na-
 tus, ab ipsa pæne infántia
 sentíre ccepit, cælestes
 afflátus et interiòrem ad
 stúdia pietatis impúlsum:
 ac vix duodénnis sese Deo
 perpétuae castitatis voto
 árctius obstrínxit. Patér-
 nis grégibus pascéndis a
 púero addictus mira dis-
 céndi cupiditaté exársit;
 et confécto humaniorum
 litterárum currículo, Lu-

tétiam Parisiòrum con-
 céssit; ubi in sanctæ Bár-
 baræ collégium admíssus,
 præter Franciscum Xavé-
 rium, contubernálem há-
 buit Ignátium de Loyóla,
 qui eum tum privátis col-
 lóquiis, tum spirituálibus
 exercítis diligénter excél-
 tum, in instituénda Socie-
 té Jesu, quam jam ánimo
 concéperat, ómnium
 primum sodálem sibi ad-
 scivit, et in monte mártir-
 rum, concépto voto, ad
 majórem Dei glóriam sa-
 lutémque animárum pro-
 curándam cum áliis ejús-
 dem senténtiæ ac propó-
 siti, sóciis addúxit.

R. Honéstum fecit illum
 Dóminus, et custodívit
 eum ab inimícis, et a se-
 ductóribus tutávit illum:
 Et dedit illi claritatem
 ætérnam. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias
 rectas, et osténdit illi reg-
 num Dei. **E.t.**

Lectio v

Post firmátam Romæ
 apostólica auctoritaté
 Societátē, Petrus, jussu
 Pontificis, missus est in
 diciónem Parménsem, ubi
 multa ac præclára pro re-

ligiōne gessit: inde quo-
 dámmodo in áciem pródi-
 ens, præcipuas Euró-
 pæ partes ac provincias
 óbiit, Germániam, Bélgi-
 um, Gálliam, Hispániam
 et Lusitániam: non labó-
 ribus, non vitæ parcens,
 quos multos juváret, ani-
 másque e cæno vitiórum
 vel ab hæresis contagione
 eréptas ad rectam fidei ac
 salútis viam tradúceret.
 In convéntu Vormatiénsi
 et Ratisbonénsi, qua fami-
 liári congréssu, qua pùbli-
 cis contiñebus, magnam
 cathólicis utilitatēm áttu-
 lit. Colóniæ Agrippinæ
 obtinuit, ut impietatis ma-
 gístri, quos singulári cer-
 tamíne ad siléntium ad-
 égerat, lege lata in ex-
 silium pelleréntur. Ubí-
 que vero clerum et reli-
 giósa cœnóbia ad priscam
 severitatēm, pòpulum ad
 christiánam pietatēm ex-
 cóluit, et institútis soda-
 liciis, sacramentórum di-
 vinam institutióñem assé-
 ruit, usúmque restituit: et
 cum tanta pro Dei glória
 et animárum salúte con-
 tinénter ágeret, ádeo erat
 Deo et mente et cogita-
 tioné conjunctus, ut nihil,

præter cælestia, curare
videretur.

R. Amavit eum Dóminus, et ornavit eum: stola gloriae induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornavit eum. **Et.**

Lectio vi

A Joánnem Tertium Lusitániam rege Patriárcha Æthiópiæ, a Paulo Tertio Pontifice Theólogo ad Concilium Tridentinum designátus, ex Hispánia Romam evocátor; et vir apprime obediens, nulla interpósa mora, licet víribus fractus et a recenti morbo convaléscens, illico iter arripuit ac exeunte Júlio in urbem venit, cum jam infésto caniculae signo, fervérent ómnia aestivis calóribus. Quare, maligna febri corréptus, sanctum Christi Dómini corpus summa devotione suscépit, et sacro non ita multo post óleo inúctus, inter consuétas Ecclésiæ et caríssimi paréntis Ignatii et sociórum preces, placidissimo éxitu decéssit Kaléndis Augústi, anno

millésimo quingentésimo quadragésimo sexto, ætatis suæ quadragésimo vix expléto: ejusque ánima visa est in cælum ferri, stipante Angelorum cho-ro, quos vivens impénsse coluerat. Ob eximiae autem sanctitatis famam, qua florébat, statim ab óbitu beátus nuncupari et coli cœpit. Hinc ad ejus honórem alícubi sacélla et altaria erécta, imágines dedicatæ, festi dies et supplicationes públicæ institútæ. Quem cultum, auctoritaté etiam et scriptis sanctórum Francisci Xavérii, Bórgiæ, et Salé-sii probátum et auctum, Pius Nonus Póntifex Máximus ex consúltō Sacræ Rítuum Congregatiónis ratum hábuit ac sollémni Decréto confirmávit.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémptit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Quia.** Glória Patri. **Quia.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Nolite timére, de Communi Confessoris non Pontificis 2 loco.

Si hodie fuerit Sabbatum, IX Lectio de Homilia Vigiliæ anticipatae S. Laurentii et fit ejus Commemoratio ad Laudes, ut sequenti die notatur; secus

Pro Ss. Cyriaco, Largo et Smaragdo Martyribus:

Lectio ix

Cyriacus diáconus, cum Sisíno, Largo et Smarágdo diútius inclúsus in cárcere, multa edidit miracula, in quibus Arthémiam Diocletiáni filiam precibus a dæmone liberávit; missusque ad Sá-porem Persárum regem, Jobiam etiam ejus filiam a nefario spíritu eripuit. Rege vero ejus patre cum quadringéntis ac triginta aliis baptizatis, Romam rediit; ubi, Maximiáni imperatóris jussu comprehénsus, caténis vincitus ante rhedam suam trahitur; et post dies quátuor e cárcere edúctus, pice liquáta perfúsus et in catasta exténsus, demum cum Largo et Smarágdo aliisque viginti secúri percússus est via Salária, ad

hortos Sallustiános. Quorum córpora in eádem via décimo séptimo Kaléndas Aprilis sepulta a Joánnem presbýtero, póstea sexto Idus Augústi a Marcéllo Pontifice et Lucína nóbili fémina líneis velis involuta et pretiósis unguéntis condita, in ipsius Lucínæ prædium via Ostiensi, séptimo ab Urbe lápide, transláta sunt.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes fit Commemoratio Ss. Martyrum:

Ant. Vestri capilli cárpi omnes numeráti sunt: nolite timére: multis pas-séribus meliòres estis vos.

V. Exsultábunt Sancti in gloria. **R.** Lætabúntur in cubilibus suis.

Oratio

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Cyriaci, Largi et Smarágdi sollemnitáte læ-tificas: concéde propítius; ut, quorum natalicia colimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum.

In II Vesperis fit Commemoratio Ss. Martyrum:

Ant. Gaudent in cælis animæ Sanctórum, qui

Christi vestigia sunt secuti: et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exsultant sine fine.

V. Exsultabunt Sancti in gloria. **R.** Lætabuntur in cubilibus suis.

Oratio

Deus, qui nos annua sanctorum Mártyrum tuorum Cyriaci, Largi et Smarágdi sollemnitétæ laetificas: concéde propitiis; ut, quorum natalicia colimus, virtutem quoque passiónis imitémur. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Romani Martyris:

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honore coronasti eum, Dómine. **R.** Et constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio

Præsta, quásimus, omnipotens Deus: ut, intercedente beato Románo Mártyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberé-

mur in corpore, et a pravis cogitationibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum.

Die 15 Augusti

In Assumptione

B. Mariæ Virginis

Titularis Ecclesiæ Cathedrals ac Patronæ principalis Diœcesis

Duplex I classis cum Octava communi

Omnia ut in Breviario eadem die et per Octavam.

Die 16 Augusti

Commemoratio

S. Rochi Confessoris

Pro S. Rocho:

Lectio ix

Rochus, in monte Pesusulano natus, quanta in proximum caritatem flagraret, tum maxime ostendit, cum, saevissima peste longe latèque per Italiā grassante, pátria relicta, Italicam peregrinationem suscepit, urbésque et opida péragrans, seipsum in ægrotantium obséquium impéndere, animamquesuam pro fratribus ponere non dubitavit. Quod beati viri stúdium quam gratum Deo fúerit, miris

sanationibus declarátum est. Complures enim pestiléntia inféctos e mortis periculo signo crucis eripuit, et integræ sanitati restituit. In pátriam revérsus, virtutibus et méritis dives, sanctissime obiit, ejusque óbitum statim subsecúta est veneratio fidélium, quæ in Constantiensi deinde concilio magnum recepisse dicitur incremémentum, cum ad propulsandam ingruéntem lumen Rochi imago sollémnis pompa, omni comitante populo, per eádem civitatem, episcopis approbantibus, est delata. Itaque ejus cultus mirifice propagátus est in universo terrarum orbe, qui eundem sibi apud Deum revérsus contagiosam luem patrónum religioso stúdio adoptavit. Quibus accurate perpensis, Urbanus octávus Póntifex Máximus, ut ejus dies festus iis in locis, in quibus furent ecclesiæ sancti Ro-

chi nōmine Deo dicátæ, Officio ecclesiástico celebrarétur, indúlsit.

Ad Laud. Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gaudium Dómini tui.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Pópulum tuum, quásimus, Dómine, continua pietate custodi: et beati Rochi suffragántibus méritis, ab omni fac ánimæ et corporis contagione scérum. Per Dóminum.

Die 20 Augusti

S. Bernardi

Abbatis, Confessoris et Ecclesiæ Doctoris

Duplex

In Eccl. Cathedr. duplex majus Omnia ut in Breviario.

In II Vesperis Commemoratio sequentis (S. Joannæ Franciscæ de Chantal Viduæ) et Octavæ.

Index alphabeticus

	pag.
Bennonis Ep. et Conf., Patroni Bavariæ, duplex majus. 16 Junii	5*
Bernardi Abbatis, Conf. et Eccl. Doct., duplex. In Eccl. Cathedrali duplex majus. 20 Augusti	21*
Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis. 5 Junii	5*
Margaritæ Virg. et Mart., duplex. 20 Julii	7*
Mariæ B. V. Assumptio Titularis Ecclesiæ Cathedralis ac Patronæ principalis Diœcesis, duplex I classis cum Octava communi. 15 Augusti	20*
Petri Faber Conf., semiduplex. 8 Augusti	16*
Rochi Conf. Commemoratio. 16 Augusti	20*
Stephani I Papæ et Mart., Patroni secundarii Ecclesiæ Cathedralis. In Ecclesia Cathedrali duplex II clas- sis. In cet. Eccl. duplex. 2 Augusti	12*

PROPRIUM FESTORUM
DICECESIS SPIRENSIS

JUSSU ET AUCTORITATE

REVERENDISSIMI ET ILLUSTRISSIMI DOMINI


LUDOVICI

EPISCOPI SPIRENSIS

EDITUM

AD NORMAM KALENDARI REFORMATI ET
APPROBATI A S. R. C. DIE 23 MARTII 1914
ET SUBSEQUENTIUM DECRETORUM

PARS AUTUMNALIS



1927

RATISBONÆ

SUMPTIBUS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET
S. SEDIS APOST. ET S. RIT. CONGR. TYPOGR.

KALENDARIUM

Kalendarium perpetuum in usum dioceseos Spiren., a Sacra Ritum Congregatione revisum et approbatum die 23 Martii 1914 et die 24 Aprilis 1925 auctum, continet KALENDARIUM ECCLESIAE UNIVERSALIS CUM HISCE TANTUM ADDITAMENTIS ET MUTATIONIBUS:

SEPTEMBER

- 9 DEDICATIO ECCLESIAE CATHEDRALIS, duplex I classis cum Octava communi.
- 10 S. Theodardi Ep. et Mart., duplex. Com. S. Nicolai de Tolentino Conf. (duplex) et Octavæ.
- 11 De III die infra Octavam Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, semiduplex. Com. Ss. Proti et Hyacinthi Mm.
- 12 additur Commemoratio Octavæ.
- 13 De V die infra Octavam Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, semiduplex.
- 14 additur Commemoratio Octavæ.
- 16 OCTAVA DEDICATIONIS ECCLESIAE CATHEDRALIS, duplex majus. Com. Ss. Cornelii Papæ et Cypriani Ep., Mm. (semiduplex) et Ss. Euphemiae Virg., Luciae et Geminiani Mm.
- 17 S. Hildegardis Virg., duplex. Com. Impressionis Sacrum Stigmatum S. Francisci Conf. (duplex).

OCTOBER

- 1 S. Ottonis Ep. et Conf., duplex. Com. S. Remigii Ep. et Conf.

NOVEMBER

- 3 S. Pirminii Ep. et Conf., duplex. Com. Octavæ Omnitum Sanctorum.
- 19 S. ELISABETH VIDUÆ, duplex majus. Com. S. Pontiani Papæ et Mart.

PROPRIUM FESTORUM DIOCESIS SPIRENSIS

PARS AUTUMNALIS

Die 9 Septembris

In Dedicatione
Ecclesiæ Cathedralis

Duplex I classis cum Octava
communi

Omnia de Communi Dedi-
cationis Ecclesiæ.

In I Vesperis fit Commemo-
ratio præcedentis tantum.

In II Vesperis Commemora-
tio sequentis et S. Nicolai de
Tolentino Conf. ut infra.

Pro Commemoratione
Octavæ

In I Vesperis

Ant. Sanctificavit Dómi-
nus tabernáculum suum:
quia hæc est domus Dei,
in qua invocabitur nomen
ejus, de quo scriptum est:
Et erit nomen meum ibi,
dicit Dóminus.

V. Hæc est domus Dó-
mini firmiter ædificata.

R. Bene fundata est su-
pra firmam petram.

Oratio

Deus, qui nobis
per singulos
annos hujus
sancti templi
tui consecratiōnis réparas
diem, et sacris semper
mystériis repræsentas in-
columes: exaudi preces
pópuli tui, et præsta; ut,
quisquis hoc templum be-
neficia petiturus ingrēdi-
tur, cuncta se impetrāsse
lætētur. Per Dóminum.

Ad Laudes

Ant. Zachæe, festinans
descénde, quia hodie in
domo tua opörtet me ma-
nére. At ille festinans
descéndit, et suscépit il-
lum gaudens in domum
suam. Hodie huic dómui
salus a Deo facta est, al-
leluja.

V. Hæc est, ut supra.

1*

In II Vesperis

Ant. O quam metuendus est locus iste: vere non est hic aliud, nisi domus Dei et porta caeli.

V. Domum tuam, Dómine, decet sanctitudo. **R.** In longitudinem diérum.

Die 10 Septembris

S. Theodardi
Episcopi et Martyris

Duplex

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honore coronasti eum, Dómine. **R.** Et constituisti eum super ópera manuum tuárum.

Oratio

Deus, qui nos beáti Theodárdi Mártiris tui atque Pontificis ánnua sollemnitáte lætificas; concéde propítius; ut, cujus natalicia cólimus, de ejúsdem etiam protectione gaudeámus. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Nicolai de Tolentino Conf.:

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

Oratio

Adéstō Dómine, suppli- cationibus nostris, quas in beáti Nicolái Confessóris tui sollemnitáte deférimus: ut, qui nostræ justitiæ fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

Atheodárdus, nóbili génere in Gália natus, a pueritia arctam Deo vivéndi viam éligit. Monásticæ disciplinæ studiósus, sub beáto Rémaclo, Tungrén-si epíscopo, voluntarie Christi suáve jugum portávit, a quo deinde ad Malmundárii et Stabuléti ecenóbia sub eo regénda assúmptus, talem se in illo múnere exhibuit, ut Rémaclus solitáriæ vitæ amóre episcopátum di- mittens, Theodárdum sibi quoque in hunc sufficiéndum curáverit. Qui mox ómnium, quæ präsulem comméndant, virtútibus fulgérē visus est. Ecclé-

sias suæ dicecésis vísitans, vetustáte collabéntes, aut témporum injúria dirutas instauráre, seu novas exstruere satégit. At vero, quod plúrimum Theodárdo laudiest, illústrem sancti Lambérti adulescentiam ita rexit ac promóvit, ut ille ómnium ore votisque publicis designarétur moderatóris sui succéssor.

R. Honéstum fecit il- lum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætéram. **V.** De- scendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit eum. **E. t.**

Lectio v

Theodárdus cum múnéri suscépto sollícitus instáret, hæc inter álias eum cura ácrius remordébat, quod divérsas Ecclésiæ possessiónes ab ímpiis diréptas jam pridem cérne- ret injúste detinéri. Quare his benígo justitiæ zelo admónitis, cum se nihil proficere, immo eos magis magisque obdurátos, sibique gráviter infénsos esse comperíret, admirábi- li constántia pro juris sub-

sídio Childerícum, Austrásiæ regem, cum paucis ádiens, cum in saltum, quidí- citur Biwalt, haud procul ab urbe Nemeténsi, nunc Spira, perveníset, ibi a suæ Ecclésiæ prædóni- bus, Deum pro ipsis orans, crudéli cæde perímitur, anno sexcentésimo sexa- gésimo octávo aut nono.

R. Desidérium ánime ejus tribuísti ei, Dómine,

* Et voluntáte labiòrum ejus non fraudásti eum.

V. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lá- pide pretioso. **E. t.**

Lectio vi

Ad cujus exámine corpus plura illico patráta sunt mirácula, quibus vi- cini íncolæ permoti illud apud se honorífice sepe- liérunt. Quo cum póstea Wormátiæ primóres, mi- raculórum fama excitáti, veníssent, ut ipsum in ci- vitátem suam transfrerrent, subórta repentina fúlgu- rum, tonítrum et nimbó- rum procélla a cœpto de- sistere coácti sunt. Sed cum exínde beátorum Lam- bértus, tanti mártiris dig-

nus et discípulus ac succéssor, illuc ipsum repeténdi causa progréssus fuisset, semel licet repúlsam passus, áltero tamen suo advéntu haud ægre obtinuit secúmque redúxit, ac Theodárdi túmulo Légiam decorávit, quam et ipse póstmodum proprio nobilitávit martyrio. Sub finem sǽculi décimi octávi moto turbini sancti Theodárdi reliquiæ in Germániam deportátæ, paucis post annis in hodiérnam ecclésiam catédrálem Leodiénsem translatæ religióse servántur.

R. Stola jucunditatis induit eum Dóminus: * Et corónam pulchritúdinis pósuit super caput ejus. **V.** Cibávit illum Dóminus pane vitæ et intelléctus: et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum. **Et.** Glória Patri. **Et.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Si quis vult, de Communi unius Mart. 2 loco.

Pro S. Nicolao de Tolentino:

Lectio ix

Nicoláus, Tolentinas a diutúrno illius civitatis domicilio appellátus, in óppido sancti Angeli in

Picéno natus est piis paréntibus, qui illum ex votó, sancti Nicolái intercesióne, a Deo impetrárunt. Puer, multárum virtútum, abstinéntiæ in primis, spécimen dedit. Clericálī militiæ dein adscriptus et canónicus factus, cum quodam die contionatórem órdinis Eremitárum sancti Augustíni de mundi contemptu dicéntem audíset, eo sermóne inflammátus, statim eúndem órdinem est ingréssus; in quantum exáctam religiósæ vi-tæ ratiónem cóluit, ut iúnio, rudi vestitu, verbéribus et áspéra caténa corpus domáret, atque ómnibus áliis virtútibus prælucéret. Orándi assíduum stúdium, quamvis sátanæ insidiis várie vexátus et flagéllis intérdum cæsus, non intermittébat. Sex ante óbitum ménibus, singulis noctibus angélicum concéntum audívit, et tandem, óbitus die prænuntiáto, obdormívit in Dómino. Miráculis in vita et post mortem clarus, ab Eugénio quarto in Sanctórum númerum relátus est.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes fit Commemoratio S. Nicolai:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Adéstō, Dómine, suppli-catióibus nostris, quas in beáti Nicolái Confessóris tui sollempnitáte deférimus: ut, qui nostræ justitiæ fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Octavæ Dediicationis:

Ant. Zachæe, festínans descénde, quia hódie in domo tua opórtet me manére. At ille festínans de-scéndit, et suscépit illum gaudens in domum suam. Hódie huic dómui salus a Deo facta est, alleluja.

V. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta. **R.** Bene fundáta est supra firmam petram.

Oratio

Deus, qui nobis per sín-gulos annos hujus

sancti templi tui consecra-tiōnis réparas diem, et sa-cris semper mystériis re-præséntas incólumes: ex-áudi preces pópuli tui, et præsta; ut, quisquis hoc templum beneficia petitú-rus ingréditur, cuncta se impetrásse lätetur. Per Dóminum.

In II Vesperis Commemoratio sequentis diei infra Oct. Dedic. Ecclesiæ Cathedralis, S. Nicolai de Tolentino ac Ss. Proti et Hyacinthi Martyrum ut infra.

Die 11 Septembris
De III die infra Octavam
Dediicationis Ecclesiæ
Cathedralis

Semiduplex

Ant. Sanctificávit Dómi-nus tabernáculum suum: quia hæc est domus Dei, in qua invocábitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

V. Haec est et Oratio Deus qui, ut supra.

Deinde pro S. Nicolao:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terréna, tri-úmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

V. Justum dedúxit et
Oratio Adéstō, ut supra.

Postea pro Ss. Proto et Hyacintho Mm.:

Ant. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

V. Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio

Beatórum Mártyrum túrórum Proti et Hyacínthi nos, Dómine, fóveat pretiosa conféssio: et pia júgiter intercéssio tueáatur. Per Dóminum.

IX Lectio de Ss. Proto et Hyacintho Martyribus, ut in Breviario.

Ad Laudes Commemoratio Ss. Martyrum:

Ant. Vestri capilli cápitatis omnes numeráti sunt: nolite timére: multis passeribus meliòres estis vos.

V. Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Lætabúntur in cubilibus suis.

Oratio Beatórum Mártyrum, ut supra.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio Octavæ (e II Vespere), ut supra 4*.

**Die 13 Septembris
De V die infra Octavam
Dedicationis Ecclesiæ
Cathedralis**

Semiduplex

In II Vesperis præcedentis fit Commemoratio diei infra Octavam (e I Vespere) ut supra 3* vel infra.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio Octavæ (e II Vespere) ut supra 4*.

Die 16 Septembris

**In Octava
Dedicationis Ecclesiæ
Cathedralis**

Duplex majus

In II Vesperis præcedentis fit Commemoratio diei Octavæ:

Ant. Sanctificávit Dóminus tabernáculum suum: quia hæc est domus Dei, in qua invocábitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

V. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta.

R. Bene fundáta est supra firmam petram.

Oratio

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis réparas diem, et sacris semper mystériis re-

præséntas incólumes: exaudi preces populi tui, et præsta; ut, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingréditur, cuncta se impetrásse lätétur. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Ss. Cornelii Papæ et Cypriani Ep., Martyrum:

Ant. Istórum et **V.** Lætámini, **ut supra** 8*.

Oratio

Beatórum Mártyrum patrítiorque Pontíficum Cornélíi et Cypriáni nos, quæsumus, Dómine, festa tueántur: et eórum coméndet oráto veneránda. Per Dóminum.

Pro Ss. Cornelio et Cypriano:

Lectio ix

Cornélius Románus, Gallo et Volusiáno imperatóribus pontificátum gerens, Novatiáni schismati fórtiter résistit, plúraque de lapsis magna caritaté conscripsit; ad quem octo sancti Cypríani exstant epistolæ. In exsilio, ad Centumcéllas, ærúmnis conféctus, Martyr óbiit. Cypriánus Afer primum glorióse rhetóricam dociuit; exinde, suadénte presbýtero Cæcilio, a quo et

cognoméntum sortitus est, Christiánus factus, omnem substántiam suam pauperibus erogávit, ac post non multum témporis éléctus in presbýterum, étiam episcopus Carthaginiensis constitútus est. Et ipse in schismate Nováti plura pérferens, damna Ecclésiæ illáta reparare omni ope conátus est. Hujus vero ingénii supérfluum est indícem téxere, cum sole clarióra sint ejus ópera. Passus est sub Valeriáno et Galliéno principibus, persecutióne octáva.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes fit Commemoratio Ss. Cornelii Papæ et Cypriani Ep., Martyrum:

Ant. Vestri capilli, et **V.** Exsultábunt, **ut supra** 8*.

Oratio Beatórum Mártyrum, **ut supra.**

Deinde, post Commemoratiómem Feriæ in Quatuor Temporibus, fit Commemoratio Ss. Euphemie Virg., Luciæ et Geminiani Mm.:

Ant. Istórum et **V.** Lætámini, **ut supra** 8*.

Oratio

Prästa, Dómine, præcibus nostris cum exultatióne provéntum: ut

sanctórum Mártyrum Eu-phémiæ, Lúciæ et Gemi-niáni, quorum diem pas-siónis ánnua devotíónē re-cólimus, étiam fidei con-stántiam subsequámur. Per Dóminum.

In II Vesperis Commemora-tio sequentis, Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci Conf., et Ss. Cornelii et Cypriani, ut infra.

Die 17 Septembris
S. Hildegardis
Virginis
Duplex

Ant. Veni, Sponsa Chris-ti, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

V. Spécie tua et pul-chritúdine tua. **R.** Intén-de, próspero procéde, et regna.

Oratio

Exáudi nos, Deus, salu-taris noster: ut, sicut de beátæ Hildegárdis Vírginis tuæ festivitaté gau-démus; ita piæ devotiōnis erudiámur afféctu. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Im-pressionis Sacrorum Stig-matum S. Francisci Confessoris (Duplex):

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit do-mum suam supra petram.

V. Signásti, Dómine, ser-vum tuum Franciscum.

R. Signis redemptiōnis nostræ.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui, frigescénte mun-do, ad inflammándum cor-da nostra tui amóris igne, in carne beatissimi Fran-císci passiōnis tuæ sacra Stigmata renovásti: concéde propítius; ut, ejus méritis et précibus, cru-cem júgiter ferámus, et dignos fructus pænitén-tiæ faciámus. (Qui vivis et regnas.)

Postea Commemoratio Ss. Cornelii et Cypriani:

Ant. Gaudent in cælis ánime Sanctórum, qui Christi vestígia sunt se-cuti: et quia pro ejus amóre sanguinem suum fudé-runt, ideo cum Christo ex-sultant sine fine.

V. Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Lætabúntur in cubílibus suis.

Oratio

Beatórum Mártyrum paritérque Pontifi-cum Cornélii et Cypriáni

nos, quæsumus, Dómine, festa tueántur: et eórum comméndet orátió vene-randa. Per Dóminum.

In I Nocturno, si dicendæ non sint de Scriptura occur-renti, Lectiones De virginib[us], de Communi 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Hildegárdis virgo nobílibus in Ger-mánia paréntibus Hildebérto et Mechtilde progénita, a piis genitóribus ætatis anno octávo devótæ cuidam vírgini Juttæ religiósæ vitæ ex-ercitiis in monte sancti Disibódi imbuénda trá-ditur. Ab hac pientissima vírgine in Dei timore eru-dita, terréna despícere et cælestia amáre dídicit, ibidémque sub regulári disciplina Deo plúribus annis in húmili castitáte servívit.

R. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justi-tiam: * Et dedúcet te mi-rabiliter déxtera tua. **V.** Spécie tua et pulchritú-dine tua inténde, próspero procéde, et regna. **Et.**

Lectio v

Post óbitum autem Jut-tæ, crescénte número

vírginum divinitus admó-nita Hildegárdis inde ad montem sancti Rupérti juxta Bíngiam óppidum, ubi Navus Rhenum ínfluit, cum octódecim sanctimo-niálibus migrávit. In his numerabátur Hildetrúdis, Meginhárdi Sponheiménsis cómitis filia: ejus in-tuitu génitor cœnobium ab Hildegárde in loco, quem sanctus Rupértus cum matre sua Bertha no-tæ sanctitatis fémina tem-póribus Ludovíci primi imperatóris incoluerat, ex-strúctum plúribus donis ac bonis locupletávit.

R. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitátem: * Prop térea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiae. **V.** Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justi-tiam. **Proptérea.**

Lectio vi

Hildegárdis sicut oliva fructífera in domo Dómini hortum novæ plan-tatiōnis suæ religiosárum virtútum exémplis in dies magis magisque excolébat. Et quamvis præter psaltérium Latini sermó-nis nec artem didicisset, nec usum habéret, mira-

biliter Spíritus Sancti grá-tia illustráta, multa ma-térno idiómate scripsit ac dictávit, quæ non humána indústria, sed divino afflátu assecúta est. Ejus scripta Eugénius Papa, dum Trevirénsi sýnodo præsidéret, ipse met re-cognóvit et probávit. Sanctus Bernárdus Doctor, et ipse Theodidáctus, sanctam virginem invísit, cui partículam reliquiárum sancti Rupérti efflagítanti liberáliter satisfécit. Ille, ad suos revérsus, ad sancti Rupérti montem aliquot sanctórum cápita remísit; virginem autem divérsis litteris salutávit, quod et a plúribus Gálliae et Ger-mániae episcopis factum. Tandem anno millésimo centésimo quinto Kaléndis Octóbris, ætatis octo-gésimo secúndo migrávit in cælum, in médio chori monastérii a se ædificáti sepúlta, in vita et post mortem miráculis clara.

R. Afferéntur Regi vir-gines post eam, próximæ ejus * Afferéntur tibi in lætitia et exsultatióne. **V.** Spécie tua et pulchritúdi-ne tua inténde, próspera-

procéde, et regna. **A**ffe-rentur tibi. **G**lória Patri. **A**fferéntur tibi.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Símile erit regnum cælorum decem virginibus, de Communi Virginum 1 loco.

In Quatuor Temporibus IX Lectio de Homilia Feriæ et fit ejus Commemoratio in Laudibus; alias

Pro Impressione Sacrorum Stigmatum S. Francisci:

Lectio ix

Franciscus singulári pri-vilégio retroáctis sé-culis non concéssu insig-nitus appáruit, cum sa-cris Stigmátibus decorá-tus descéndit de monte, secum ferens Crucifixi ef-figiem, non in tábulis lá-pideis vel lígneis manu figurátam artíficis, sed in cárneis membris descrip-tam dígito Dei vivi. Quóniam sacraméntum regis seraphicus vir absconde-re bonum esse óptime no-rat, secréti regális cón-scius, signácula illa sacra pro víribus occultábat. Verum, quia Dei est ad glóriam suam magna re-vélare quæ facit, Dómi-nus ipse, qui signácula illa secréte impreßerat, mi-

rácula quædam apérte per ipsa monstrávit, ut illórum occulta et mira vis Stigmatum manifésta pa-téret claritaté signórum. - Porro rem admiráblem ac tantópere testátam at-que in pontificiis diplo-mátibus præcipuis láudi-bus et favóribus exaltá-tam, Benedictus Papa undécimus anniversária sol-lemnité celebrári vóluit; quam póstea Paulus quintus Póntifex Máximus, ut corda fidélium in Christi crucifíxi accenderéntur amórem, ad univérsam Ecclésiam propagávit.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes fit Commemora-tio S. Francisci:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitua, intra in gáudium Dómini tui.

V. Justum dedúxit Dó-minus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui frigescénte mun-do, ad inflammándum cor-da nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Fran-

cisci passiónis tuæ sacra Stigmata renovásti: con-céde propítius; ut ejus méritis et prémibus crucem júgiter ferámus, et dignos fructus pænitentiae faciá-mus: Qui vivis et regnas.

Vesperæ a Capitulo de se-quenti (S. Josepho a Cupertino Conf.), Com. præcedentis:

Ant. Veni, Sponsa Chris-ti, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in æténum.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æténum.

Oratio

Exaudi nos, Deus salu-táris noster: ut, sicut de beátæ Hildegárdis Vírginis tuæ festivitaté gau-démus; ita piæ devotiōnis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Commemoratio S. Francisci:

Ant. Hic vir despíciens mundum et terréna, tri-úmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

V. Signásti, Dómine, ser-vum tuum Franciscum.

R. Signis redemptiónis nostræ.

Oratio Dómine, utsupra.

Die 1 Octobris
S. Ottonis Episcopi
et Confessoris

Duplex (m. t. v.)

In II Vesperis S. Hieronymi fit a Capitulo de sequenti:

Oratio

Da, quæsumus, omnipo-tens Deus: ut beati Ottónis, Confessóris tui atque Pontificis venerán-da sollémnitas, et devotíonem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Hieronymi:

Ant. O Doctor óptime, Ecclésiae sanctæ lumen, beáte Hierónyme, divinæ legis amátor, deprecáre pro nobis Filium Dei.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui Ecclésiae tuæ in exponéndis sacris Scriptúris beátum Hierónymum Confessórem tuum, Doctórem máximum providére dignátus es: præsta, quæsumus: ut ejus suffragántibus méri-

tis, quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte, exercére valeámus. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Remigii:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitua, dicit Dóminus.

V. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi. **R.** Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Oratio

Exáudi, quæsumus, Dómine, preces nostras, quas in beáti Remigii Confessóris tui atque Pontificis sollemnitáte deférimus: et, qui tibi digne méritum famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab omnibus nos absólve pecátis. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

Ex Surio, tom. 4

Qutto, in Suévia pa-tre Berthóldo có-mite, matre vero Sophía, nobilitáte magis quam rerum opuléntia insignibus natus, a pri-

ma ætate litteris tráditus, cum paréntibus orbátus jam Grammaticæ præcépta, itémque poétas et phílosophos quosdam tenáci memória compléxus esset, nec habéret sumptus ad stúdia sublimiora neces-sários, verecündus aduléscens in Polóniam proféctus est, ubi álios do-céndo, et seípsum magis magisque ad eruditiónis proféctum urgéndo, brevi sibi et rem auxit familiárem et honore hábitus est. Idióma quoque illius régiónis dídicit, sensim-que ad altiòra progrédiens parsimóniæ, frugalitatis, et continéntiæ stúdiis eru-ditionem suam illustrávit; atque hac ratione ómnibus carus efféctus, magnórum et poténtium virórum amicitiā et familiaritatē contráxit, non parum illi ad eam rem conferénte corporis elegántia. Adscí-tus vero est in aulam Polóniæ Ducis, qui eum le-gatum misit ad Henricum quartum imperatórem.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.**

Nihil proficiet inimícus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. **Manus.**

Lectio v

Evénit autem non sine dispositiōne divína, ut ad aulam imperatóris per-veníret Otto, eídem in ministério Capelláni insérviens. Accidit tum, ut imperatóris cancellárius efficerétur. Intérea Rupér-to Bambergensis Ecclésiæ epíscopo defúncto, preces offerúntur imperatóri pro pastóre constitu-éndo. Ille vero sex mén-sium vóluit sibi spátiū permitti ad deliberándum. Interim Ecclésiæ Bambergensis clerus et pópu-lus pro idóneo antistíte, institútis étiam processió-nibus Dóminum arden-tissime deprecabántur. Elápsis sex mén-sibus, Otto ab imperatóre Bambergensi Ecclésiæ invítus præficitur epíscopus. Qui hac ratione Pontificátus cáthedram scándere co-áctus, ægre quidem consénsit, propter contentiō-nem illam, quæ erat inter regnum et sacerdótium causa investitúræ et elec-

tionum Ecclesiárum, quas evacuáre sibique vindicáre plus æquo nitebátur imperiális auctóritas. Rur-sus autem verebáтур non sine divinitátis nutu jam tertium sibi offérrí episcopátum, eúmque si repudiáret, posse in se compétere illam senténtiam: Nóluit benedictiónem et elongábitur ab eo. Inter has ergo angústias pósitus Otto, quod unum salutáre existimábat, votum nuncupávit Dómino, numquam se in episcopátu permansúrum nisi, consentiénte Ecclésia sua, ipsius Pontíficis Máxi-mu et consecrári et investitúram cónsequi mererétur.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. **M-**anus.

Lectio vi

Itaque Bambérgam honórfice dedúctus, nec non a clero et pôpulo processionáliter magna cum pompa et exsultatióne sus-

céptus, lítteras misit ad Paschálem Summum Pontíficem, a quo per lítteras evocátus, Romam profici-scit, ubi pedum et ánum ab imperatóre accéptos ad Pontíficis pedes depónit, véniam petens. Et cum plena delibera-tiōne, abdicátis ómnibus, privátus et quiétus secum vivere decérnens, cùriæ valedíxit, unius diéi itíne-re confécto, Pontíficis mandáto revocátur, et invocáto Spíritu Sancto, ab eódem accépta investitúra cum exsultatióne totius cùriæ in ipso sacratissimo Pentecóstes die, inter Mis-sárum sollémnia epíscopus consecrátur. In episcopátu multa successóribus reliquit miræ sancti-tatis incredibilisque fru-galitatis et parsimóniae ex-empla. Cum déniue in exstruéndis, ornándis, do-tándis, fundándis, repa-randisque plúrimis ecclé-siis ac monastériis tanta munificéntia claruisset, ut mirándum mérito sit ab uno epíscopo tot locis tam multa potuisse conférri; innumerámque fere mul-titudinem Pomeranórum

ad Christi fidem conver-tísset, beáto tandem fine quiévit et in beáti Michaélis ecclésia sepúltus est, anno salútis millésimo centésimo trigésimo nono, tértio Nonas Júlii, episcopátus sui anno trigésimo séptimo. Translátum est autem ejus corpus anno millésimo centésimo octo-gésimo nono, prídie Kaléndas Octóbris, quo die festum ejus celebrátur.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes ope-rátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: * Ipse intercédat pro pec-cátis ómnium populórum. **V.** Iste est, qui contémp-sit vitam mundi, et per-vénit ad cælestia regna. **I**pse. Glória Patri. **I**pse.

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii se-cúndum Lucam

Lectio vii Cap. 11, 33-36

In illo témpore: Dixit Je-sus discípulis suis: Ne-mo lucérnam accéndit et in abscondito ponit neque sub módio: sed supra can-delábrum, ut, qui ingrediúntur, lumen vídeant. Et réliqua.

Prop. Spirensis P. Autumn.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi

Lib. 7 Comment. in Lucam cap. 11 post initium

Quia in superióri-bus Ecclésiam synagógæ præ-tulit, hortátur nos, ut fi-dem pótius nostram ad Ecclésiam transferámus. Lucérna enim fides est, juxta quod scriptum est: Lucérna pédibus meis ver-bum tuum, Dómine. Ver-bum enim Dei fides nos-tra est: verbum Dei lux est. Lucérna est fides. Erat lux vera, quæ illúmi-nat omnem hóminem ve-nientem in hunc mundum. Lucérna autem lucére non potest, nisi aliúnde lumen accéperit.

R. Amávit eum Dómi-nus, et ornávit eum: sto-lam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradísi cor-onávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fí-dei, et ornávit eum. **E**t.

Lectio viii

Hæc est lucérnæ, quæ accénditur, virtus scí-llicet nostræ mentis et sensus, ut drachma illa pos-sit, quæ perierat, reperíri.

Nemo ergo fidem sub lege constituant. Lex enim intra mensuram est, ultra mensuram gratia: lex obumbrat, gratia clarificat. Et ideo nemo fidem suam intra mensuram legis includat, sed ad Ecclésiam cónferat, in qua septifórnis Spíritus relúcet gratia, quam princeps ille sacerdótum fulgore supérnæ divinitatis illúminat, ne eam legis umbra restinguat.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manib⁹ vestris: * Et vos símiles hominibus expectantibus dómum suum, quando revertátur a nuptiis. **V.** Vigiláte ergo, quia nescitis qua hora Dóminus vester venturus sit. **Et. Glória Patri. Et.**

Pro S. Remigio Episcopo et Confessore:

Lectio ix

Remigius, episcopus Rhemensis, flóruit Clodovéo rege Francorum; quem étiam baptizavit, et, primus omnium, doctrina et miraculis Francos ad Christi Dómini fidem perdúxit. Ejus oratione, mórtua puella revi-

xit. Multos interpretátus est divinæ Scripturæ libros. Amplius septuaginta annos summa cum laude Rhemensem ecclésiam administrávit. Cujus vitæ et mortis sanctitatem multa, quæ consecuta sunt, miracula comprobárunt.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes fit Commemoratio S. Remigii:

Ant. Sacérdos et Póntífex, et virtútum ópifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dóminum.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam gloriæ induit eum.

Oratio

Exaudi, quæsumus, Dómine, preces nostras, quas in beati Remigii Confessoris tui atque Pontificis sollemnitate deférimus: et, qui tibi digne méritum famulari, ejus intercedentibus méritis, ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradisi coronávit eum.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut beáti Ottónis, Confessoris tui atque Pontificis veneranda sollémnitas, et devotio nō nobis áugeat et salutem. Per Dóminum.

Die 3 Novembri

S. Pirminii
Episcopi et Confessoris

Duplex

Oratio

Deus, qui hodiernam diem nobis in beáti Pirminii Confessoris tui atque Pontificis festivitatē consecrásti: adéstō propitius Ecclésiæ tuæ precibus et præsta; ut, cuius gloriámur méritis, ejus intercessiōnibus indulgentiam et remissiōnem peccatorum cónsequi mereámur. Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio Octavæ:

Ant. Angeli, Archángeli, Throni et Dominationes, Principatus et Potestates, Virtutes cælorum, Chérubim atque Séraphim, Pa-

triárchæ et Prophétæ, sancti legi Doctores, Apóstoli, omnes Christi Mártyres, sancti Confessores, Vírgenes Dómini, Anchóritæ, Sanctique omnes, intercéde pro nobis.

V. Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum mérita sub una tribuisti celebritate venerari: quæsumus; ut desideratam nobis tuæ propitiatiōnis abundantiā, multiplicatis intercessoribus, largiaris. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

Pirminius relicta pátria sub initio octávi sáculi in Austrásiae regno, atque imprímis in Alsátia semen verbi divini dispárit. Tamquam episcopus regionárius in castello Meltis, quod, ut crēditur, nunc est pagus Spirénensis diocesis dictus Medelsheim, sedem suam fixit,

unde in regiones várias et ad litora Rheni egrédiens, utraque lingua, ut antiqua ejus vita tradit, Romána scilicet et Francórum Evangélium prædicabat. Anno septingentésimo vigésimo tértio a principe quodam regionis Rheni superioris accitus, ut fidem genuinam morumque disciplinam collapsam ibi restitueret, Romanum profectus est, Apostolicam petiturus missióinem. Litteris Apostolicis ad Theodoricum Francorum regem instructus in Alemánniam rediit, ubi monastérium celebre Augiéense in insula Rheni fundavit.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. **Manus.**

Lectio v

Ducis Alemánnici invida inde expulsus in Alsátiam revérsus est. Pergens Evangelium prædicare, multa divérsis locis Bavariæ, Fránciæ Alemanniæque partim ex-

strúxit partim reformávit monastéria. Inter ea, quae fundávit, præséritim com memorandum est monastérium, quod nobili quodam Wernhéro opes subministrante, anno septingentésimo quadragésimo eréxit in loco, cui nomen olim Gamündium, nunc oppidum Hornbach, diocesis Spirénensis. Cárrolus Martéllus virum apostólicum semper adjúvit. Sanctus Bonifátius caritáte fraternalia ductus illum in dicto monastério visitávit, et, ut refert chronista, cum eo convéscens, de sanctæ Ecclésiæ statu et de fidélium profectu hábuit consilium.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi éléctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

Lectio vi

Plenus méritis et vitæ sanctitáte insignis anno septingentésimo quinquagésimo quarto, die tértia Novémbris, cunctis convocatis fratribus valéicens in cœnóbio Horn-

bacénsi in Dómino obdormivit, ibique sepultus est. Statim post mortem miráculis clarus nono jām sǽculo Martyrolégio, quod in Alsátiâ erat in usu, adscriptus est. Cum monastérium Hornbacénsense sǽculo décimo sexto tempóribus fidei infestissimis spoliátum dirueretur, sacram corpus inde amótum ac tandem (Enipontem in regione Tyrolénsi translatum est, ubi in ecclésia patrum Societatis Jesu magna cum populi veneratióne sanctus Pirmínius contra pestem usque ad hanc diem devotissime invocátur patrónus.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repléta est: * Ipse intercédat pro peccatis ómnium populorum. **V.** Iste est, qui contémptit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. **Ipse. Glória Patri. Ipse.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Homo peregre, de Communi Conf. Pont. 1 loco.

Ad Laudes fit Commemoratio Octavæ:

Ant. Te gloriósus Apostolorum chorus, te Prophetarum laudabilis númerus, te Mártyrum candidátus laudat exércitus; te omnes Sancti et eleciti voce confitentur unáni mes, beáta Trinitas, unus Deus.

V. Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Lætabúntur in cubilibus suis.

Oratio

Omnípotens sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum mérita sub una tribuísti celebritate venerari: quæsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicatis intercessóribus largiáris. Per Dóminum.

Vesperæ a Capitulo de sequenti (S. Carolo Borromæo Ep. et Conf.), Commemoratio præcedentis:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradisi coronávit eum.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui hodiernam diem nobis in beati Pirmíni Confessóris tui atque Pontificis festivitaté consecrásti; adésto propítius Ecclésiæ tuæ précibus et præsta; ut, cuius gloriámur méritis, ejus intercessiónibus indulgéniam et remissiónem pecatórum cónsequi mereámur. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Octavæ:

Ant. O quam gloriósum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amicti stolis albis sequúntur Agnum quocumque ierit!

V. Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Lætabúntur in cubílibus suis.

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos ómni-um Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritaté venerári: quæsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis

abundántiam, multiplicá-
tis intercessóribus largiá-
ris. (Per Dóminum.)

**Postea Commemoratio Ss.
Martyrum:**

Ant. Istórum est enim regnum cælórum, qui con-
tempserunt vitam mundi,
et pervenérunt ad præmia
regni, et lavérunt stolas
suas in sanguine Agni.

V. Lætámini in Dómino
et exsultáte, justi. **R.** Et
gloriámini, omnes recti
corde.

Oratio

Præsta, quæsumus, om-
nipotens Deus: ut, qui
sanctórum Mártirum tuó-
rum Vitális et Agricolæ
sollémnia cólimus, eórum
apud te intercessiónibus
adjuvémur. Per Dómi-
num nostrum.

Die 19 Novembris

S. Elisabeth

Viduæ

Duplex majus

Omnia ut in Breviario.

In II Vesperis fit Comme-
moratio sequentis.

Index alphabeticus

pag.	
Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis, duplex I classis cum Octava communi. 9 Septembris	3*
— — — de III die infra Octavam, semiduplex.	7*
11 Septembris	8*
— — — de V die infra Octavam, semiduplex.	8*
13 Septembris	8*
— — — In Octava, duplex majus. 16 Septembris	22*
Elisabeth Viduæ, duplex majus. 19 Novembris	10*
Hildegardis Virg., duplex. 17 Septembris	14*
Ottonis Ep. et Conf., duplex (m. t. v.). 1 Octobris	19*
Pirminii Ep. et Conf., duplex. 3 Novembris	4*
Theodardi Ep. et Mart., duplex. 10 Septembris	4*

Approbatio

Concordat cum Originalibus.

Spiræ, die 23 Septembris 1927

☩ Ludovicus
Episcopus Spirensis

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 29 Septembris 1927

Dr. Scheglmann Vic. Gen.